— ibid. ἢ ἀνδρες Ἀθηναῖς] o viri Athenienses. Has particulias non esse otiosas, in Grammatica ostendimus. Sed tamen, quem Cicero ubique fero dicat, Quirites, Judices, C. Aquili, Patres conscripti, Pontifices: et ego particulias, o viri, omitto, ut act Latinis minus usitatis, aut Graecis linguis peculiarias. Quanquam in antiquis exemplaribus, d' Ἀθηναῖς tantum reperiri, affirmat Obsopœtas. Nomen ἄρτος etiam Echines fere omittit.

— ibid. χρημάτων] χρήματα, pecunia, pecuniae. Singulari numero χρῆμα res significat, ut μέτρα χρῆμα, magna res μέτρα τις χρῆμα Θεός, pro μέτρα Θεός, elegans eloquendi modus, que Cicero penultima ad Appium epistola his verbis videtur imitatus: "Non horum (inquit) temporum, non horum hominum atque morum negotiorum." οὐ τούτων τοῦτων καὶ τοῦτων χρῆμα, ξεπλέτω, οὐτοις εἰ καιροί.

— ibid. χρημάτων] Athenienses in hac re stile consilium magnae pecuniae anteferrant, ergo ardua est deliberatio.

— ibid. πελλέσθι, οὐ δέ. A. χρημάτων] Inter adjectivum et substantivum hic verba quatuor interponuntur. Sic post, inter articulum et nomen: τὴν τὸν συμφέροντα ὑπὸ αἰρεσιν. Elegantēs haec trajectiones verborum, sonora item circumductionum clausulae, ut συμβιβάσεις, γένεσις, sunt observandas, atque in loco imitandae.

— 2. μάς] ιμφατικός; accipendum esse, docet Ulpianus.

— ibid. ἡ ίλεσθαι] ἡ, quam δυνητικός μήτρα appellant Graeci, potentiam, seu potentiativum, ut vocant, complecti modus (imperativo duntaxat exceptio) modis et participiis etiam jungi, notum est. Significat autem, posse, velle, debere, prout sententia postulat: ut hio, ἡ ίλεσθαι, pro μέλλει ίλεσθαι. Latini per omnia subjunctioni tempora hoc genus locationis prouulant, Linaro auctore. ἡ etiam pro λέπι posuit, ut ἡ δὲ ίλεσθαι. καὶ, καὶ, sive, sive, καὶ, tametsi, saltem, interdum et καὶ pro λέπι. καὶ, καὶ λέπι. ίλεσθαι, a verbo αἰρεσιν.

— ibid. ίλεσθαι] Noema: Publica utilitas anteponenda est magnis privatis opibus.

— ibid. νηλίζω] Car? quia estis maganimi, quia reipub. amantes. Sic Atheniisibus id tribuit, quod eti in eis non erat fortasse, tamen debebat esse, majus publicis quam private rei studium.

— ibid. νηλίζω] Temeritatis est, affirmare tibi perspectum esse auditoria animatum. Interdum tamen id callide fingunt oratores.

— ibid. si φαντάρι γένονται] Ergo dubitant et ignorant auditores, quid sit o republica.

— ibid. γένεται τι] Vides Demosthe-

nem menti servire magis quam auribus. μοχ, σκοτεῖται ἔτι. Item, προστάται προθύμως. paulo post, θεῖται δεκάν, atque iterum, θειλεῖται, εἰπών. Item, οὔτε ὕπει. Atque adeo non multo post, quasi gustata Hesiodi laura, poeta repente nobis exstitit, τέλευτα (si δὲ interponas, versus erit integer) τοῦ κτίσασθαι χαλεπάτερά πάντα. Hujus generis apud Demosthenem et Ciceronem permulta reperiuntur. Εἴκονα igitur fuerit, eos etiam nobis interdum ignoroscere, aut putare nos quoque dissimilandi artificia causa fecisse, quorum tantum est aurium fastidium.

— ibid. ίλεσθαι τηλίκω, εἰ φαντάρι γένοται] Prelatitudes arbitror, si perspicuum fiat, ίλεσθαι ἀπὸ τοῦ αἰρέσθαις κατ' ικαλεῦται χρόνον. Deinde ίλεσθαι εἰ γένεται: particula si cum optativo, sepe loco accusativi, aut alterius casus quem verbum exigit, ponitur: quod et in Isocrate notavimus. Nam τὸ ίλεσθαι certe accusativum, aut, qui idem valeat, infinitivum postulat, ut hio: ίμᾶς ἐλέσθαι τὸ μέλλει συνέσθαι τὴν πόλιν, φαντάρι γένεσιν, κοστού, τὸ ἀφίλαντα τὴν πόλιν. Quoniam igitur verba auctoris Graecis, tandem Latinis redditis, duriusculie coherent, ego interpretatus sum: rationem, qua perspicuum fiat: aut (quod tantundem est) declaretur, explicetur. Nam, ut nihil facilius, sic nec puerilius quoiquam est, et ineptius, quam verbum verbo annumerare: si quam ea res vel dictio eius absuditatem, vel sententiaram obscuritatem pariat. Alioquin optarim me omnia tandem syllabis, atque adeo literis posse reddere. Modos loquendi insigniores per se quisque observabit: quod genus et hio est, τὸ ἀπὸ πελλέσθαι ίλεσθαι, χρημάτων, aliquid magnae pecuniae anteferrere. In eodem sensu interdum et προαιρέματα ponitar, ut Clem. paedag. 3. τὸν ἀθρέτους λατοτεχίαν τῷ τοῖς διαστήσαις δημιουργεῖται.

— ibid. τὸ μέλλον ἀπολέσθαι] Ergo non presentis duntaxat temporis habenda ratio, sed in longitudinem consulendum, neglectis illis primitis obolis.

— ibid. τὸ μέλλον συνέσθαι] Nota circuicio futuri per verbum μέλλει, cum infinitivis, non abhorressa a pleonasso: pro, τὸ συνέσθαι, a verbo συμφέρει. Similia est et Germanorum loquendi ratio, μέλλει τῷ τοῦ στρατοῦ, ich werdet es thun, οὐ μέλλει iherden, ich werdet es nicht leinen kriegen.

— ibid. συνέσθαι τὴν πόλιν] Vide quam callide prae se ferat, Reipub. causam agi potius, quam Olympiorum, quibus patrocinatur.

— 3. πηρί ἄν] Ergo recta est, repudiatis aliis cogitationibus, in bonum publicum intencendum.

— ibid. πηρί οὐ] Utrum ἀθρέτων, ή πηρ-

γημάτων; Item considerandum ὅτι plurale, an pro ὁ singulari sit positum, καὶ τρέψει numeri, unitatem Graecia.

— ibid. εἰπὲ ἐν] εἰπὲ λύσθε ἡ, vel, εἰπὲ λύσθε, τρέψει ὁν. Dicitur enim utrumque στοιχὸν τοῦτο, et στοιχὸν εἰπὲ τούτου. Est aut ἑτέρων; numeri, aut ἀλλού; antecedentis, ἢ τούτους εἰπὲ ὁν. Sed si legas εἰπὲ εὐ, scilicet τῷ συνδεόντες τῇ πόλει, nihil opus est argutias querere. Sententia est: deliberari nunc quid sit futurum e republica; cui privatam lucellam sint postponenda. Ad constructionem quondam attinet: antecedens in hujusmodi loquendi modis omittitur; et in ejus casu, qui causa ad antecedens verbum pertinet, relativum ponitur, etiam si verbum sequens aliam causam postula: ut χρῆματα δέ λαβεῖν θεοὺς, pro χρῆματα τούτων θεοὺς λαβεῖν. Nam χρῆματα dativum, κτῆμα accusativum, postulat.

— ibid. εἰπὲ ὁν νοὶ συνεργοῦτε] De quibus nunc deliberatis. Est et hoc propter brevitatem obscurius. Ego igitur convertit: In hoc negotio, de quo deliberatur. Ejus enim superstitionis legibus, ut Latina Graecis commatibus et colis verborum, atque adeo syllabarum numero et mensura respondent, me solutum esse volo. Neque enim Ciceroni probatur, nimis magnum studium multaque operam in res obscuras atque difficiles conferre, easdemque non necessarias. Reprehendit et Dionysius Halicarnassensis in Isocrate, ὃς διελέπει ἐπί διάλογοις τῷ μέθμη τῆς λίξεως, καὶ τῷ κομψῷ λειτουργῷ τῷ ἀλογονῷ. Quare nos dimensiones istas syllabarum illis relinquimus, qui abundant otio: sentientes bona fide appendiisse atque amittere contenti.

— ibid. ἵτε] Adverbium temporis, quem, quando: cui nonnunquam respondet τέτε, tum. Hic, pro ἵτε, ut etiam Latina illa semper videatur capi. Sequitur enim τέτε, quod sententiam non generalem aut ἀνθετικὴν esse sinit, sed affirmativam facit, et ad præsens negotium adstrigat.

— ibid. ἵτε εἴτε; ἵχε] Supra dubitans propositum, verbo τηλέψει: non asseveranter concludit, et arduam esse deliberationem, et attente consilia esse audienda. Sic in progressu fit animosior oratio.

— 4. εἰπέται:] Officii vestri est, ergo faciendum.

— ibid. προθύμεσσι] Ergo non adversandum suos, non oscoitanter audiendum.

— ibid. ἀφέσσι] Ex animo igitur, non defungendi gratia faciendum.

— ibid. διάστασις τῶν βουλευτῶν] Verba sensum jungi genitivis, notum est, interdum etiam accusativis ἀπταις.

— ibid. τῶν βουλευτῶν] Ergo etiam voluntas boni consueta est, et nemo exclu-

dendus.

— ult. συμβουλεύειν] Sacra res est consilium, et cum religione quadam tam datum, tam accipendum.

— ibid. συμβουλεύειν] Absolute hic posse, alias jungitur dativo, accusative, infinitivo: ut συμβουλεύειν τῷ τοῦτο, vel συμβουλεύειν τῷ πολλοῖς τοῦτο.

— ibid. οὐ γὰρ μήν] αἰτιολογία, Ceterum audiendi sint. Argumentum ex fine, quod tractatur distributione partium. Sed in oratoribus non tam spectandum est quid, quam cur quoque dicant.

— ibid. οὐ μήν — ἀλλὰ καὶ] Distributio bipartita consiliorum, immediata et subita.

— ibid. τι χρήσιμων ἴσχυμάτων] Semetipsum innuit, qui diligentior quam ingeniiosior habebatur. et secundum ostendit, se utile consilium asserre, magna diligentia queatim. sed judicium non suum, sed populi esse profitetur: et aliis etiam dicendi potest. Sic neque alios oratores alienat, et populum simili et conciliat, et attentum facit. Notabis hic obiter, meditationis finem esse utile consilium: quod, tametsi non semper assequimur (multis enim sepe rebus honesti conatus impeditur) plus tamen est constantis rationis tribuendum, quam fortunata temeritati.

— ibid. ἴσχυμάτων] αἰτιολογία. Acedemiorum, qui συστρεψιν dicebantur, verbum, ἵτεχε τρι τοῦτο, καὶ διαστέπεται: id est, nondum hac de re prouuntis, sed amplius deliberandum esse censu.

— ibid. τικι] Dubitatur potest, an legendum sit τικι, per ει, aut τικι, per η. Quantum enim sepe indicativis utatur Graeci subjunctivorum loco, aut optativorum, ea res tamen non raro librariis accepta referri potest. Quid enim facilius (indebet præsertim, aut parum attentis, atque petulantibus) quam vocales, diphthongos, accentus, distinctiones inter se permiscere, oracemque figere (ut Virgilii dicere solebat) grammaticis?

p. 10. 1. τοῦτο ἀν] Fortasse, τοῦτο' ἀν. Sepe enim oscitantes aut scioli librarii, vocales pro apostrophis, et contra, scribunt: id quod in carminibus facile deprehenditur.

— ibid. τοῦτο' ἀν διαστέπεται λέξεις] Λέξεις ἀν τοῦτο, διαστέπεται. Nam particulum hic, pro ἰστιδὲν διαστέπεται, scilicet τῷ λέξημάντον χρήσιμο τι διστέπεται, id accipere licet, ubi eam audieritis: absolute posse, aut ἀλλοιητικό. Potest et τοῦτο ad utrumque referri verbum, λέξεις τοῦτο, διαστέπεται τοῦτο: quam figuram Graeci Grammatici ἀντὶ κανοῦ vocant, Latini ζεύγια, Graeco verbo et ipsis.

— ibid. διαστέπεται λέξεις] διαστέπεται λέξεις, audieris et amplectamini: vel,

audita re accipietis, auditum sequuntur.

— *ibid. διάδοσταις λέξεσσι]* Quasi dicit: Nullus est audiendi labor, quum magnas esse possit utilitas.

— *ibid. τὰς ἡμετέρας τύχης]* Fortunati sunt Athenienses, ergo neque supplices deserent, neque hostem metuere, et cum spe optima esse debent. Sio misero affectus inter se contrarios, injicit sollicitudinem, et postea consolatur.

— *ibid. τὰς ἡμετέρας τύχης]* Scilioet ἔγραψε ἡ θεοῖς μήνα, id est, τὰς ἡμετέρας τύχην αἴτου τυχεύειν, ὑπάρχειν αὐτὸν τύχην. Demosthenes σεπτε testatur, in Philippicis presertim, et oratione de Corona, fortunatos esse Athenienses: multisque in locis eorum et ignaviam et temeritatem hanc obscure reprehendit. ἡ τῶν Ἀθηναίων δυσβουλία olim proverbio exigitata, contraquæ ἡ σύντοχία, celebrata fuit, nocte in Palladio beneficio. Potuit igitur et illa res publica dicere: Σίλει τύχης σταλαγματική, ἡ πειθὴ φρεσὶ, ἡ μὲν παρουσία δυστυχοῦσαν αἱ φρεσὶ.

— 2. *πειθαρεμένων*] Iterum fugit affirmandi temeritatem.

— *ibid. πολλὰ τὸν δέονταν*] Vide ut non plus tribuat ingenii oratorum, quam eritis felicitati.

— *ibid. πολλὰ τὸν δέονταν*] Pro, πολλὰ τὰ δέοντα. participium δέον sit ab impersonali δεῖ, decet, debet, oportet, opus est, opportunum est, requiritur, ad rem facit. Unde etiam participii significatio nota est, quod tamē assepe absolute capitor, primum oporteat, oportet: ut, δέον ενυδάτειν, τὰ παιδέα παῖσι, cum seriae res agende essent, pueri ludunt. Pericles quem in bello Peloponnesiaco magistratus Lacedæmoniorum corrupissimus, πειθαρεμένος τάλεστα αἱ δέον διαλεκτίαι ἦσαν, hoc est, se quinquaginta impendisse talenta dixit, quo fuisse opus.

— 3. *ιδεῖ*] Ut Demadi, qui excellensissimo et promptissimo fuisse ingenio perhibetur.

— *ibid. οὐ τῷ παραχρήμα*] Scilioet χρέω, et se tempore, quod justa rem est, id est, extempore, subito, impromptuato.

— *ibid. ἵσταθεν*] subiisse, succurrisse, id est, ἵστη νῦν ἴσθιν, in mentem venisse, venire, venturum esse. Licet enim non raro præterita Græcorum, praesentibus, aut etiam futuri reddere: et contra, praesentia præteritis aut futuri: prout sententia postulat, cui perpetuo serviendum est, et a nimia servitute verborum recessendum.

— *ibid. ἴσταθεν, εἰστιν*] Succurrisse, dixisse, id est, dictari in mentem venisse, vel, que dicant. Ego dictu opportuna converti, non quod δέοντα εἰστιν coherere necessario putarem: sed quia sic opportunius verba colloqui, et sententiae nihil

decedere videbatur. Quasquam me non fugit, Ciceronem in Academicis eodem modo locutum esse: “ Illud autem (inquit) mihi ante hoo tempus nunquam in mentem venit a te requirendo,” id est, δέοντα δὲ οὐ πάντας ἵμεν πρότιμον διεῖλθε παρέ σου διατάσσειν.

— *ibid. ἢ οὐ δέονταν*] Scilioet, τὸν λεχθῆντα, τὸν συμφέωνταν.

— *ibid. λογ' οὐ δέονταν*] Enthymema est inversum, antecedens posteriore loco positum habens, quod sic recte professa ordine licet: Ex multorum sententia facilis est optimi consilii delectas. Ergo sunt omnes audiendi.

— *ibid. λογ' οὐ δέονταν*] Tum iis que premeditari, tum iis que ingeniosi ex tempore afferuntur.

— *ibid. ἥδην*] Ηδης, ήδην, unde μέτων, μέτρον, Ionico ηδης, ήδηματην, ήδημαγγην, μέτρων.

— *ibid. ἥδην*] Pertinet et hoc ad eos solandum simus, et exitandum auditorem.

— 4. *τῷ συμφέροντος*] conseruentis, utilis, utilius, ejus quod expedit.

— *ibid. ὥρᾳ*] Ήμερατος, Græcorum prudentissimis. Nam Pausanias Democratiæ Atheniensium ideo diutissime durae dicit, quod et prudentia et observantia legum reliquis prestatior.

— *ibid. αἰσθαντος*] Est igitur oratoris οὐρανος, auditoris οὐρανος, sed utraque requirit ingenium, fortunam, animi attentionem.

— *ibid. αἰσθαντος*] Sunt dicimus, αἰσθαντος οὐρανον τὸ συμφέρων: sic, αἰσθαντος τῷ συμφέροντος οὐρανον. Postea conjuges, γένεσις οὐδὲν ἥδης non, τῷ συμφέροντος ὥρᾳ. quanquam hoc quaque tam sententia quam construnctione pauperatur.

— 5. *ὁ μὲν οὖν παρὸν*] Exordio apte annexit propositionem, neque eam nadam, sed ornalam et instructam, ac poetica ferme licetia tractatam, sic tamen, ut oratoria vero cunctia servetur. Est autem propositio generalis: Græcim principates est recuperandus vestri industria. additur circumstantia temporis opportunitissimi: ut non Demosthenes, aut quisquam alius orator, sed ipsa occasio consilium dare videatur. hanc si quis πραγματάστας apollare mavult, non impedio. Sequitur enim hujus argumenti propria, his verbis: Ιστι δὲ τάχις ἡμεῖς δεοντά.

— *ibid. ὁ μὲν οὖν παρὸν καιρὸς*] χρόνος, tempus et mora: καιρός, pars et qualitas est τῷ χρόνῳ, ac sepe pro temporibus et qualitate negotiorum, seu circumstantiis, interdum etiam pro modo et mensura capitur:

ut καιρὸς δὲ τῷ πάσῃ ἀριστερός, modus est pulcherrima virtus. Item μετὸν ἄγαν, και-

ρῆ πότερα πρέπειν καλά. Σuidas καὶ διαδικασίαν
definit, τὸ δέ λιανον πρέματος καίρου καὶ
χρήσιμότατον, id est, opportunum, et
conveniensimum cuiusque rei gerende tem-
pus: quod non aliud est quam σύναγε,
occasio, sed et τὸ διατελεῖ compliciter,
τὴν εἰκασίαν contraria, ac simpliciter sic
usurparū variè, ut Latinis tempus. Quare
quam Cicero in Officiis nominat inscitiam
temporis, Graeci suerit ἀγορά τοῦ καιροῦ:
quoniamque et ἀναγνωριστι δico quæst: Pot-
est igitur i ἀγορᾷ καὶ πέρι exponi, hec occi-
asio, ut referatur ad Olynthiorum auxiliis
petitionem. Potest etiam intelligi de
conditione præsentium rerum omnium, ut
respiciat non modo Atheniensem rempob.
sed ad totius Graecie statum, et ad Phi-
lippi grassationes atque insidias: id quod
mihi magis placet. Neque tamen eam qui
occasione interpretetur, reprehendendum
puto. Nam quem nec in sensu quoqueam
absurditatem est, et natura vocabuli multi-
plicem explicationem patitur: liberum
suum ouique judicium esse debet. Is
tamen maxime probandus erit, qui et
Graeci scriptoris sententiam aoutissime
perspicet, et verbis maximè propriis at-
que ornatis eloquetur. In quo tanta est
difficultas, ut a paucissimis (ne nullis dic-
cam) utrumque videam prestat: et me
cum venia, et citra notam ignominiosam,
inter ceteros posse interpres tolerari
existimem.

— ibid. μονονοχή] Hos additur, ne poe-
tam potius quam oratorem agere videatur.
Cicer. 10. Epist. "Et postquam de meo
cursu Reipublice sum voce revocatus,
nunquam per M. Antonium quietus fui."

— 6. σῶχ] Dicimus, εὐ, εὖ, εὐχ., εὐχ.,
prout consonans, aut vocalis, eaque vel
tenuis, vel aspirata sequitur. Nam in
hujusmodi vocabulis, que pluribus scri-
buntur modis, non tam discrimen significati-
onis, quam compositionis elegantia
consideratur.

— ibid. λέγει φωνὴ ἀφει[τ] Occasione
ipsa clamante, quis concitetur? quis ora-
torum perplexis disputationibus potius
moveatur?

— ibid. ἀφει[τ] præsens, ἀφει[τ], ἀφ. β.
ab ἀφει[τ].

— ibid. ἔτι] quod, quia, eo quod: sed
pleramque Latine per infinitivum reddi-
tur. Apud philosophos, τὸ δὲ, nuda pre-
cepta, τὸ δὲ: causas præceptorum, signi-
ficiat: et si dubito an pro eo dicendum
sit, διὰ τοῦ, quod nec Petro Cortomio, viro
doctissimo, et principi poetarum, qui no-
stra stetit versus Graecos scripsissent, dis-
plicet.

— ibid. τὸν πρεμάτον ἡμῖν λιανον] Quarum?
τοῖς τὸν Ολυνθίον συμπαχήσας, ή
τοῖς τὸν Ἑλλήνων ἀρχής. Si λιανον ad
Olynthios referatur, respicit non ad pre-

sentem deliberationem, sed ad situm ur-
bis: alioqui τύπον dioendum fuisse.

— ibid. ἡμῖν αἴροντες] Quasi dicat: Non
sunt ista occasiones negligendæ; nec
sperandum cetera ultra recte habitura.

— ibid. ἡμῖν λιανον αἴροντες] Quasi dicat:
Non est quod speretis deos dormientibus
vobis omnia confecturos.

— 7. ἀριθμητον] Ab ἀριθμητον, ab
defendere, suspicere, futare, die sachem
angreissen.

— ibid. εἰνε ὥντερ] Gravissima appen-
dix, sive ut Ulpianus, κατασκοπι καὶ ποσο-
λ τὸν συμφέροντα. Non igitur, ut video,
res Olynthiorum sed salus Atheniensium
agitatur. quis hic non vigilet? quis in se
quicquam desiderari patiarat? Proposi-
tio: Res strenue gerenda. Ratio: quia
non poteritis alioqui esse incolumes.

— ibid. ὥντερ σωτηρας αἴροντες] αἴροντες,
si teni spiritu legatur, subintelligi potest
πρεμάτον, ut referatur sive ad conser-
vationem principatus Graecie, sive ad de-
fensionem Olynthiorum, ut sit sententia:
Si rei bene gerendæ occasionem non vultis
amittere, sed malo αἴροντες, cum aspiratione,
ut de ipsis Atheniensibus intelligatur, se
pro ὥντερ αἴροντες accipiatur.

— 8. ἡμεῖς δὲ οὐδὲ οὐδὲ] Modesta socor-
dis reprobatio, mitigata primum sum
personæ admisione: deinde dubitatione,
seu dissimulatione, quam ἀντιστάνων vo-
cat Ulpianus. Germanus orator fortasse
discitat: Sed flagitiosa est vestra socor-
dis. Sententia certe est: Et salus no-
stra et præsens negotium parum nobis
curæ est: securi sumus, et negligentes:
non exaudimus vocem excitantis nos co-
monia.

— ibid. οὐδὲ οὐδὲ] Vos autem scitis me-
lies: vos non ignoratis, otium et privata
luccella vobis esse majori curæ; quam rep-
pub. dignitatem et salutem. Observa or-
dinem, primum exponit, quid oportet
fieri. Deinde reprehendit officii negle-
ctum. Vulgo inter verba et res multam
interesse dicitur: idque verum est. Pier-
rique enim aliud præ se ferunt verbi,
quam animo clausum gerunt. Ita etiam,
si per omnes humanæ vitaæ actiones va-
geris, ex misime fieri deprehendes, quæ
maxime oportebat: et contra.

— ibid. διὰ την τρέσαν ἡγεμονίην] ἐλλαστη-
τε, pro καθ' δι την τρέσαν, pro τρέσα, que
pacto, quomodo, aut active, ἡχη τρέσα,
prebore se. Necio quales nos prædeponamus,
quomodo simus animati, effecti erga negotia
hæc. Ex his verbis appetat, causam O-
lynthiorum Atheniæsibus non admodum
fuisse cordi. Quod hic teote ad dissimilat-
ter, id in 4. Philippiaco libere eloquitur,
his verbis: εὐδέλητοι, ή δ. Α., τὸν πάστων
δικαιολόγον σις τὸ περιτ, ή ὅτι τοῖς γρά-
μας ὑμῖς διεσπάντε τὸν πρεμάτον, &c.

— ibid. ἔχειν] habere, scilicet nos. Sepe idem valet quod sicut. τέλος στρατοῦ ἔχει, hoc ita habet, id est, res ita est. πρόθυμος ἔχει, promptus habeo, id est, sum promptus. Sententia est: Nescio qui fiat, ut animus negligenter quam par est.

— 9. ἵστη δι] Propositio, quam Ulp. γνώμης ἀπόφεσιν vocat.

— ibid. τέλος μετάστριψι] Magna reverendia orationis. quasi dicat: Si quis aliquid habet melius, facili patior.

— ibid. τὰ δοκούτα] τὰ δέσποτα μοι. αὐτοὶ οὐ γνῶμεν μοι ἱστη, sic censeo.

— ibid. φεύγοντας] Pro. φεύγεται εἶναι, διὸ φεύγοντας.

— ibid. φεύγοντας] Quatuor partes propositio complectitur: decretum, instructionemque celarem, et civium expeditionem (est autem in paucis verbis magna vis, ὅτε τὴν ταχίστην, ἵδε: quibus αἰτιολογίας subjicit, ab ipsorum Atheniensium exemplo) denique legationem, camque et disertam et strenuam. Admirabilis est oratio Demosthenica, et paucissimis verbis ingentem vim sententiarum complectitur.

— 10. ἵδε] ὁτι τῷ ἐπιλογίᾳ μεῖντι διαβαλλομένους, οὐ προσθίσατον.

— ibid. καὶ παρεπομένων] Scilicet τὸν βαθύνα, comparando esse auxilia, vel ἡμᾶς, nos instrui oportere ad bellum, ut sit, παρεπομένων σις πολέμου. Sententia plena est: sed ego huc inquirō et tracto sornpolios, tum ut apparent me in conversione praestantissimi auctoris nou obiter nec temere versatus esse, sed singula penes verba ad libellum aurifucum expendiisse: tum ut studiosos ad similem diligentiam incitem. Etsi enim iustum mihi tempus defuit ad Demosthenem converendum: tameo ipse assiduitas, et perpetuum lucubrations, idem mihi prestatte- rant, quod aliis prestare solet otium, meditandi videlicet, et expendendi singula facultatem. Genus ipsum quidem orationis limare simul haud licuit: sed licebit, ut spero, aliquando, et quidem brevi.

— ibid. τὴν ταχίστην] κατὰ τὴν ταχίστην δέ. Quasi dicat, celerrima via, sic enim exposunt Grammatici. Ut consue- sit, idem est quod ἡ τάχιστα, quam pri- mum, primo quoque tempore. Observabis etiam hic particulas, δέ, et τὴν ταχίστην: quaram prior ad decretum, posterior ad apparatum belli referatur. prudenter omui- ne. Rebus enim ad omni parte satis cog- nititis, decernere prolixe est: sed in Atheneanis republica multo more inter- ecedebant, quia minus ea que decreta erant (ut ex oratione τηρητῶν καὶ κατ' Ἀθηνίου intelligitur, atque ex aliis pluribus) mature absolverentur. Quare ait, παρεπομένων: τὴν ταχίστην,

non δέ.

— 11. ἕτερος] οὐτοῖς τῆς πόλεως: hinc mittendis civibus, non alibi mercenari militi consecribundo.

— ibid. Καθίστηται] Σύστηται πάμπλετος, ηγετος πολιτικῶν διάταξιν, δλλ' οὐ ξένος. Misserunt tandem Athenenses Olyntiis auxilio, ut in oratione False legationis auctor est Demosthenes, decies mille conductictus, quater mille cives, quinqueaginta triremes: que tamen eis omnia, proditorum scelere, nihil profuerunt.

— ibid. καὶ μὲν πάθεται] et non patiem- ni, id est, admittatis, vobis accidat, eve- niat.

— ibid. καὶ μὲν πάθεται] Vaticinatus Demosthenes. Accidit enim, ut exclusis hyemo Atheniensium navibus, Olyntus caperetur: que si venissent matrises, servari potuisset. Usque adeo nihil pro- ficiunt optimi et prudentissimi viri apud degenerem populam. est αἰτιολογία, sumpta ab exemplo superiorum temporum.

— 12. Ἰστη καὶ πότερον] Infra verbum repetit: δεσμοὶ δὲ πολλάκις πανθίζεται.

— ibid. πότερον] Fortasse quem amissa est Amphipolis, Pydna, Potidea, Methone, Pagase: que loca paulo post ipsa recensebit.

— ibid. προσβεῖται δὲ πίμενα] et legationem mittendam. Nihil velat, pro legatione dicere legatos. Licit nomina rerum et personarum sepe inter se committare.

— ibid. οὐ τοις τοῦτοις] Scilicet, de- creta esse auxilia, delectus haberi Athe- nes, apparari bellum.

— pen. καὶ παρέσταται τοῖς πρόμυστοις] Quibus? deliberationibus Olyntiorum de propulsione Philippo, ut consilio juvent Olyntios.

— ibid. ἀς ἵστη μέλιστα] Declarat id quod supra dixit brevius, καὶ μὲν πάθεται: remque ea deducit, ut innat, socios Olyntiorum magis ambiendam esse Atheneisibus, quam Olyntiis Atheneisum: qui, si non juventur, facilem receptionem habeant in Philippi gratiam et societatem. Callida enim ratio est excitandi conun- tes et tergiversantes, apponere semelum, ut si ipsi cesseant, alium præcepturam esse intelligent.

— ibid. τοῦτο δέ] Pro τοῦτο φεύγεται: hic metus, pro, hoc metus tuendum.

— alt. παντογρεῖς] οὐτις ἄριν τολμαῖ το καὶ μερχανταῖς, qui nihil non audet etque experitur, callidus, improbus, veterator.

— ibid. μὲν πανούργος ἀτ] Non Olyntiorum levitatem, sed Philippi calliditatem adducit. Argumentum ab ingenio et moribus sumptum, referri potest ad eas- sam efficientem, aut ad conjunctam, in quibus latent attributa personarum.

— ibid. ἀτ] ἄτακτης ἵστη, quam sit. exi- stere non est sius, sed ἀντίλλας, φαντασία,

ἀρχαθει. Quare ab incepto redditur, eas-
tiones, est et *ens* nihil melius. sed hoc
participium, ut et alia, Latini sepe dis-
simulant: aliquando circuitu verborum
exprimunt. ut, ἡμοὶ ὑπαρκόντες, quum ego
eum consul, in consultatu meo: ἡμοὶ ὑπά-
κτοι ὑπέρ, me consul.

— ibid. δεινὸς πρόγραμμας χρήσαι] Peri-
tus utendi rebus, qui soit uti foro, qui nul-
las amittit occasiones. Verba sonant: pe-
ritus utendi rebus.

P. 11. 1. *sicut*] τῷ *sicut*, cedens, id est,
cedendo. Nam participia Gracis etiam
gerandi, ut vocant, modum continent:
sepe otiam per verba conjunctionibus,
aut relativis, qui, quae, quod, additis, redi-
undant commodius. quod quando et quo-
modo fieri debeat, usus discetur melius
quam praeceptio.

— ibid. τὰ μὲν *sicut*. Distributio, tres
rei gerendae modos significans.

— ibid. θίσα ἀν τούχην] quando accide-
rit, alicubi fortasse, ubi res ita tulerit. Vi-
detur impersonaliter capi, pro *θίσα* ἀν
συμβοῦ. In oratione Rhodia: ἡρψε, inquit,
παρεδίνετος καὶ διδαχθείσης, ὅτι ἐπολλόν κα-
κῶν ἡ ἀνα παλλᾶς αἰτία γίγνεται τάχις ἀν εἰ
τύχους (scilicet οἱ ἕρων personaliter) ευ-
φράστηραν τῷ; τῷ λατεῖ τῷ χρήσιν γένεται.
Potest et hoc personaliter exponi: οἱ φι-
λιωνες εἰδὼν, θίσα ἀν τούχην, cedendo ubi et
quando ei viensem fuerit; ubi putarit, se id
sine suo detimento facturum. est dñe. C.
subjunxit, a τούχην.

— 2. *ἀξιωτος*] Valet hinc parenthesis
ad confundandum Philippo odiam, et incu-
tiendum terrorum Atheniensibus.

— ibid. *ἀξιωτος*] Scilicet ἀπολλῶν,
minimenti et fides haberi potest, quasi dicat:
satis perspecta est Philippi in malefacio-
do benignitas.

— ibid. *sicut*] Iz τῷ *sicut*, neque
mirum, merita, heud injuria, non ab re,
probabile est. A Demosthenem in fine
circumductionis collocatur, *sicut*; abso-
lute, et significat, neque id injuria, idque
merito.

— ibid. ἡμᾶς διεβάλλον] nos criminan-
do, non quidem ut insidianteis aliorum li-
bertati (nam id crimen in ipso Philippo
herebat magis), sed aut ut parum potentes,
aut (quod magis probo) et ignavos, neg-
ligentes, parum fidos et acres societatis
sique amicitiae cultores.

— ibid. ἡμᾶς — καὶ τὸν *ἀντινομον*] De-
clarat τὸν διεβάλλον ἡμᾶς, atque adeo va-
tineat. Nam δὲ τὸν *ἀντινομον* νομι-
mum ex parte et ipsa in causa fuit, ut
Olyntibus excorderetur: quam eorum
quadriginta triremes venient serius, et
coetera auxilia parum firma essent, ut in
Midiane refert Ulpius.

— 3. *τρίφερα*] In Ulpiano legitur *τρί-*
φερα, activa, non media voce. quod si re-

stum esset, legendum patarem, τρίφερα τι
καὶ παρεπώσασθαι τι. Sed parum refert, et
παρεπώσασθαι sicutum habet ampliorem.

— ibid. *τρίφερα*] Scilicet, τι, vel τὰς
γράμμας τῶν Ὀλυνθίων: veritas ac mutus ali-
quid, avertat animos Olyntiorum a nostra
socieitate.

— 4. *παρεπώσασθαι*] revellat, convellat,
surripiat.

— ibid. τι τὸν διαν παρεργάτων] τὰ δια-
πέγματα, tota res, summa rerum. For-
tasse Gracis principatum innixi, aut aliqui
qui rem maximi momenti. Sententia est:
Ne Olyntios a nobis alienatos ad suam
pellucit amicitiam, atque ad nos oppa-
gandos firmor veniat. Maxima subtili-
tatis est bujus orationis, et nonnulla etiam
ex brevitate obscuritas. Sed Athenien-
bus rerum illarum garris omnia declarare
copiosius opus non fuit.

— 5. οὐ μὲν διλέπει] Terrori consolatio-
nem miscet, ac Philippi calliditati pru-
dentiam Olyntiorum opponit, atque illas
rationes eis affigit, quas fortasse non
considerarunt, sed considerare debearunt.

— ibid. ἴωσιντος] Alioquin est, εὔγε,
valde, commode: hic tantundem valet, ac
si dicas, bene cecidit, bene habet.

— 6. δυομεράτων] expugnat diffi-
cillimum, in gerendis cum eo bellis nobis in-
commodissimum, id quo tutissimum est, quo
maxime nititur. Sic ejus potentiam calli-
dissime extenuat.

— ibid. δυομεράτων — καὶ βάλν-
των] Παραδέξο, sive ἀπορθέσθω speciem
habet: sed nihil vetat, eandem rem di-
verse ratione et commodare et incommo-
dere. Sic ingravescens etias et pruden-
tiam affert, et corporis debilitatem. Ado-
lescentia, cum vigore animalium et corpo-
rum ascoritate valeat: affectibus rapitur,
non ratione ducitur. Unde Poeta, id est:

ἄρρενες αἱ ξανθαὶ, αἱ νεανὶς ἀλεπάνες.
Παῦος γενεταί σεπί, παῦος ανεκτά
valet.

Et Horatius:

“ Omnis commoditas sua fert incommo-
da secum.”

Item:

“ Multa ferunt anni venientes commoda
secum:
Multa recedentes adiungunt —.”

Id est, αἱ ιππαχίσται, αἱ άναρχίσται, non,
τὸν διερχόμενον. ut hic obiter video, ma-
jorem esse Gracorum proprietatem pre-
pter articulam, vel adjectam, vel omissionem.

— ibid. δυομεράτων] Extenuatio po-
tentiae Philippi, quasi dicat: Hoc uno
poterat est Philippus, quod unus rerum
potitur. Quaqueam hic respondere Phi-
lippus posuit illo versione: τολλά εἴτε

ἀλλοτεξ, ἀλλ' ἤχος ή μόγα. Reote enim Piudarus: ἀλλοι δέ τοις μεγάλοις τοῖς Ἰσχατοις πορφαιτται Σασιλύσιν. Et apud Εὐορού, cani de secunditate glorianti, leonem se unum inquit parere, sed leonem.

— ibid. τὸν φιλίων περιγράμματον] Quasi si dicas: quod ad cetera attinet, pertinues sunt ejus opes.

— ibid. καὶ βίλτιστον] Scilicet λόγον, etiam optimum est nobis τοῦτο καὶ idem est. Nota καὶ stepe redundare, sive per etiam aut cū interpretandum.

— 7. τὸ μὲν γὰρ] Prioris partis αἰτιολογία, distributione sive enumeratione constans. Nam quem duarum partium propositio sit, duplici etiam ratione, seu potius expositione declaratur. Monarchiam enim bellis gerendis oportunam esse, pro confessu sumit.

— ibid. ἴσαιν, ἴνα δὲν] illum, qui est unus: eum utrum, quod is unus. Sententia est: Unius imperium ad res gerendas opportunitas, liberis civitatis suspectum esse. Plato Theeteto: Μήποτε μὴ τὸν καὶ τοὺς ἄλλους, εἴ δὲ ἴστοις λέγουσι τὸν τῶν, αἰσχυνόμενος μὴ φορτικῆς σκόνηται, δέ τους αἰσχυνόμενοι, ή ίνα ὅπα Παρανιδόν.

— pen. καὶ ἥπτον] ἥπτα καὶ ἀπέρρητα, sunt dicenda et tacenda, aperta et arcana. Neque reprehendendum putem: si quis fas et nefas, fanda et nefanda, interpreteatur. Quia honesta, vulgari, flagitiis celari solet.

— ibid. καὶ ἀποφέρεται] Facilius tacentur et latent ea quae unus novit, quam quae plures. Quanti autem intersit, imperatorum ignorari consilia, declaravit Cœcilius Metellus, cum diceret, Se tunico in ignem conjecturum, si sciret aroanorum esse conscientiam.

— ibid. στρατηγὸν καὶ διοικητὸν] Atheniensis duces non erant διοικηται καὶ αὐτοκράτορες, non licebat eis suo arbitratu quidvis agere, ut dictatoribus: sed metuere iram populi cogebantur, qui decom aliquando daces, ut et ante illos virum de republica precolare meritum Miltiadem Cimonis patrem, refragante Socrate, capitatis condemnavit. Sic fiebat, ut aliquando facerent, non quae esse optima, sed quae fauillime probari posse populo credebant.

— ult. ταρίχαν] questorem, qui ipse claves habet serarii, nec expectare cogitur, dum tributa extorqueantur, ut vestri daces. vel, ταρίχα appellat administratorem, eum qui negotiis prætest, ut Homerus:

Ζεὺς δέ τοις ἀθρόωντος ταρίχας τελίμαν τόπηται.

Jupiter et belli et pacis mortaliibus auctor.

Quam sententiam eti Plutarchus suo quodam consilio reprobendit: tamen post sapientissimus, bella non existere tantum consilio numinis, mortalium scelerum pu-

nientis, sed eorum eventus etiam regi divinitus significat. Sic Philippus excita-tus est ad punienda flagitia, sociordiam et arrogantiam Graecorum, ac in primis Atheniensium, qui oracula Socratis, Platonis, Isocritis, Demosthenis, et aliorum (omnes enim viri sapientes vaticinari multa, non minus quam Delphicus Apollo quondam, et possunt et solent) contempserunt. nec statim nostris exempla desunt. Sed hec ita τῆς ἑποθέσιαν.

P. 12. 1. ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν] Uno ju-bente, omnes in officio sunt, non intercedunt prolixas disputationes: non exspectanda est aliorum, eorumque non raro dissentientium, et malorum civium auctoritas. Monarchia commoda, Democracy incommoda, vide copiosius in Isocritis συμβολιστικῶν, et in oratione τοῦ Στράτου, ubi Demosthenes acta sua et copias, cum actis et copiis Philippi, eleganti contentione comparat.

— ibid. καὶ κατὰ καιρὸν] In tempore, matuta. Nam celeritas in bellis plurimum valet. unde Lucani Cœsar:

“ Tolle moras semper noocuit differre paratis.”

Demosthenes autem semper queritar, Atheniensis apparandi tempus in deliberando consumere, atque actum agere.

— 2. πολλῷ προῆξι] Multum excellit: sicut diuont μακρῷ μαζέων, paulo major. τοῦ καφέ μακρότερος, capite longior. Βέσσης κόρψις, oīter umbræ κόρψις lenger.

— ibid. τῷ δὲ τάξι] Alterius partis declaratio.

— ibid. τὰς καταλλαγὰς] διαλλαγὰς, quod magis est proprium, sed illud sonau-tius: καὶ τι τοῦ τὰ πηλομάτα μέν, ἀλλὰ καὶ αἱ φίλαι καὶ αἱ ἱχθυαι καταλλάττονται. reconciliationem, pacificationem. Nam Philippum Olyntiis intulisse bellum, docet Libanius.

— 3. ἡς ἀ τοινίες] Videtur ταχὺ λογοπλανήσθαι, confictum ad torquentes Athenienses: si ipsi repudient Olynthios, prece eis fore Philippum, intercipiendo societas cupidum.

— ibid. ἡς ἀ — δομένος] Cupidus, libens: nomen ex participio videtur a verbo πλανέσθαι, venire. unde δομένος, et spiritu acceptaque mutato, δομένος, δομένος, δομινοτάτος, δομινοτάτη, δομινίκων τοῖς, δομένος τοῖς.

— ibid. ποιότεραι] Philippica tortia, Ολυνθίους ποτταράδοις ἀπίχον τῆς πόλεως στάδια είστεν, δι τοῦ δυοῖν Σάτεροι, ή Ιενεῖος ή Όλυνθος μὲν οἰκεῖ, ή αὐτὸν ή Μακεδονία. Videatur igitur hic Demosthenes non historie veritati, sed causa servire: nisi fortasse post hanc orationem habitam, deum ea dixerit, cum illi postulata ejus repudiassent.

— 4. ἵναττιας ἔχει] οὐ μένος οὐ πολλῆς πρέ-
βησι, ἀλλὰ καὶ ἐμποδόν ἔστι. Quis tyrannis
cum liberis civitatibus diu convenire non
potest; cum illi dominari omnibus, haec ser-
vire nemini velint. In tanta autem diver-
sitate studiorum et voluntatum, constans
esse societas nulla potest, et simulatio pa-
cis atque amicitiae multis exitio fuit.

— ibid. δῆλος γάρ] ἴπαγων τῆς αἰτίας.
Confirmatio alterius partis, Philippum esse
monarcham vobis prodest. Cur? Quia
Olynthii cum eo non redibunt in gratiam.
Quamobrem? Quod nec deditioinem, nec re-
conciliationem sibi bene cesserum praevi-
dent, partim exemplis edociti, partim diver-
sa imperii popularis et regni ratione admoti-
ni. Sunt autem infirmi per se, et in summo
discrimine versantur. Ex his concluditur,
fore ut constanter societatem colant Atheni-
ensium, et Philippum prohibeant, quo
minus invadat Atticam: id quod vehemen-
ter sit expetendum Atheniensibus.

— ibid. ὅτι νῦν οὐ] Exaggeratio periculi
per negationem, seu collationem.

— pen. ἀναστάτως] Alias resurrectio,
hio excidium: unde πόλις ἀνάστατος γενού-
μη, urbis eversu, e qua cives pelluntur.

— ibid. ἀνδρασίσμου] Quām cives
sub corona venant, atque in servitutem
abducuntur. In oratione Chersonesitana
utrumque uno verbo complectitur: ἄς οὖν,
inquit, ἡτρ̄ τῶν ἱεράτων ὑπὸ τῶν ἀγῶνος,
οὐτῶν προσκυτι γινόνται. Illud etiam hio
monendum est, nībū interesse, tametsi
pro excidio et servitute salutem et liber-
tatem dicas, nisi quod illa vocabula quo-
dammodo ad terrorem augendum atrociora
sunt.

— ibid. καὶ ζωσιν] Unde? Ex Philippi
minis, et ejus ingenii crudelitate, in aliis
declarata.

— ult. Ἀμφιπολίταις τοὺς παραδότας] Pro,
Ἀμφιπολίτας τοὺς παραδότας, ut
postea, Πυδαλίους τοὺς ὑποδέξαμένους, pro,
Πυδαλίους: ut Plinius, “Nigra lanarum,”
“canum degeneres,” pro, nigra lance, ca-
nes degeneros. Non enim puto certos ali-
quos deditiois et receptionis auctores, sed
totam civitatem significari: ut partitio fiat,
non inter ipsos Amphipolitas et ipsos Py-
dnæos, quasi per deditioem aut proditionem
res acta sint: sed inter Amphipolitas
et Pydnæos, et inter τὸ παραδοῦντα καὶ τὸ
προδίξασθαι. Quomodo Pydnæos tracta-
rit, ex historia mihi non constat: sed op-
pidum vel direktum esse, vel in servitutem
redactum, facile hinc colligitur. Amphipolitanos clementer a Philippo habitos,
ejusdem tamen adversariis scribit Diodorus.

— ibid. τοὺς παραδότας] παραδοῦντα τὴν
πόλιν, dedere urbem, deditioem facere.
Nam Philippus in suis ad Athenienses li-
teris scribit, ἵππολορχίας Ἰακὼν τὸ χωρόν.
Post, Amphipolitas in fidem et clientie-

lam Atheniensium committere se voluisse
dicit: κακούστης ὑμᾶς ἔπειταν, καὶ πα-
λαβάντας τὴν πόλιν.

P. 13. 1. τοὺς ὑποδέξαμένους] Qui oppi-
do tanquam amicorum recuperunt. Historia
de Pydna, quod ego sciām, non extat: sed
satis apparet, Philippum hospitem pro
hoste se gessisse. sicut apud Ovidium
Tarquinius: “Hospes ut hostis init pene-
tralia Collatini.” Et patrum memoria
magnum quidam princeps urbis non parve
proceres monuit, ne in posterum quem-
quam cum exercitu ipsis fortiore intra-
monia, quamvis amicim, recipieren.

— ibid. καὶ δῶτε] denique, ad summam,
in universum.

— ibid. καὶ δῶμα] Ήσσος sententia pro-
prie ad illud, πρὸς τὰς καταλλαγὰς ἵναττιας
ἔχει, confirmandum pertinet. sed interse-
ruit periculi magnitudinem, eamque exem-
plis approbat, quo firmior esset illa pro-
positio.

— ibid. ἀπιστον] Scilicet χρῆμα, ut Vir-
gilinus: “Varium et mutabile semper Fer-
mina.” et, “Dolce satis humor.” Item,
“Triste lupus stabulis.”—

— ibid. ἀπιστον] Id est, οἱ τύραννοι ἀπ-
ειροῦσσι ταῖς πολιτείαις, id est, tyramni
non sunt fideles, non servant fidem rebuspu-
blicis. Sed malo passive interpretari:
Respublice tyrrannis fidem habere non de-
bet, non tute sunt. Ήσσος sententia se-
cunda Philippico declaratur his verbis: οἱ
ἄσφαλτοι ταῖς πολιτείαις εἰ τῷ τοῦ
τύραννος αὐταῖς λαγήσιλας.

— 2. καὶ — ἰχνοί] Si etiam habeant,
τὰς ἰχνούς καὶ.

— ibid. διερού] Sic Plutarchus de The-
banis et Atheniensiis loquens: καὶ μά-
λιστα, inquit, ταῖς διὰ τὴν γενέσιν ἀλιμα-
χίαις, ἀγανακόμινον ἕποτε τῶν πολεμι-
κῶν πρὸς ἀλλήλας διαφορῶν ταῖς πόλεσι. et
Ulpiianus: αὐτὸν, inquit, τὸ πλούσιόν τοῦ
τόπου, δοκεῖ εἶναι τὰ ἕγκληματα τίκτειν.
Interpretationem eo non adsoribo, quod
utrumque locum radix Leotor ex mea
conversatione potest petere.

— 3. ἰχνοί] Scilicet εἰ πολιτείαι. Nam
ἡ τύραννος singularis numeri est: sed sen-
tentia eodem recidit. Nam si ager Olym-
thiorum vicinus est Philippi, ergo et Phi-
lippi ager Olynthiis. τὸ γάρ διερού τοῦ
πρὸς τοῖς ἰστιν.

— 4. ταῦτα ἀντιτίθεται] Conclusio pre-
positionis, ipsorum auditorum assensa
firmata, atque amplificata copia verborum,
et repetitione.

— ibid. ἰχνευτας] Quasi dicat: Ipsi
intelligitis vera esse quae dico.

— ibid. ταῦτα ἰχνευτας ἤδη φυσι δεῖ] Id est, ἤδη διηκόνηται ταῦτα, φυσι δεῖ
θεῖς: si Latine conversum velis.

— 5. πᾶλλ’ αὐτοῖς] Scilicet ὑμῖν.
Que nam illa sunt? Gloria majorum, Gre-

oīs principatus, oppressis opitulandi consuetudo, grassationes et injuriae Philippi, periculi magnitudo, nisi ei resistatur.

— ibid. ἴνδημονέστους] Tribuit eis prudenter, quod est σύνοιας παραστησαστού. Recte enim Cicero benevolentiam, attentionem, docilitatem, et si maxime in exordiis, non in solis tamen illis, sed per totam orationem, captandam esse monet.

— ibid. φημί] dico, affirmo, censeo.

— ibid. ἴδελλοις] Soilicet, αὐτοῖς ἀντιλαμβάνοσθαι τὸν Ὀλυμπιακὸν περιγράμματον, καὶ βοηθοῦν τοῖς Ὄλυμπιοις.

— ibid. θελήσου καὶ περιχνθῆναι] Incrementum.

— 6. παροκνθῆναι] Soilicet κατὰ φίλιστρον, excutiri, exercitari contra Philippum, sive ad iracundiam, sive ad rem strenue gerendam. Nam utroque modo verbum hoc exponi potest.

— ibid. τῷ πολέμῳ προσέχειν] Soilicet τὸν τὸν, bello intendere animum, toto animo incumbere in bellum: sic et Latini dicunt, vel advertere, vel animum advertere.

— ibid. σινέ πόροι] Quasi dicat: Nullum anquam fuit magis necessarium gerendi belli tempus.

— ibid. σινέ πόροι καὶ τὸν] si unquam, et nunc, id est, si ullum unquam fuit necessarium gerendi belli tempus, nunc certe est. Sic enim rectius distingui puto, quam si, σινέ πόροι καὶ τὸν τὴν σχέματα σινέπορτας, conjugata.

— 7. χρήματα σινέπορτας] Pecunio sunt nervi bellorum, non minus quam dif- fidentia sapientiae: quam secura autem, et minime προθύμως Athenienses tributa contulerint, ex multis nostri auctoris orationibus apparēt, Andronitioniana præsertim.

— ibid. σινέπορτας] conferendo, excedendo, omittendo.

— ibid. σινέπορτας] Distributio, modum gerendae rei declarans.

— 8. καὶ μετὰ ἀλληλοτάς] Sic complectitur etiam ea quae non enumerat. Hæc igitur, ut dixi, est propositionis repetitio, specie conclusionis.

— ibid. οὐδὲ γάρ λέγος] Ratio a turpi, seu necessario. Nam et turpe est, ea quæ exoptatis negligore: et cavere turpitudinem, necessarium.

— ibid. οὐδὲ γάρ λέγος] Videtur λέγος veram causam, rationem, defensionem, excusationem, συνέπεια, praetextum, commentitiam atque inanem et simulatam, significare. Quod discriminem, si cui displicet, συνεπιμέναι et verba idem significantia esse dicat.

— 9. ιδεῖ μέν] Iti ipsis, κατ' ἀπόστραφον.

— 10. ἵππολεμόστας] πολιμένος τοισισι, hostes reddendos, ad bellum Philippo inferendum concitandos. ἵππολεμός per s, expugno: ἵππολεμός per o aliud est. Hæc eo anno, quod compertum habeo, magnos, ut habentur, doctores, in hujusmodi mi-

nutis rebns, ex fiducia ingeniorum, destrinque persuatione minus diligentes, hallucinari. Ego vero censeo, ei qui docere velit, accurate intuenda esse omnia, nec suo duntaxat fidendum ingenio, sed consolendos omnes omnium eorum qui haberi possunt commentarios atque interpretationes. Alioqui se modo turpiter dabit, modo minus preclaro suo fungetur officio. Scio quid, et cur dicam, si ē ἀνδρὸς εὐτέλης ὄφα.

— 11. αὐτόματοι] ὃ καὶ ἡ αὐτόματος, καὶ τὸ αὐτόματον, id quod ultra et sponte fit. ἐπί τοις, καὶ τὸ αὐτόματον, quorum hoc casum, illud fortunam interpretantur, prolixas in Physis Aristoteli disputationes pepererunt.

— ibid. καὶ ταῦτα ἂς ἀς] Amplificatio a modo.

— ibid. καὶ ταῦτα] ἀλλος το, præsertim, idque, amplificandi particula ex aliqua circumstantia. ut Cicero: “Quanquam te M. F. annum jam audientem Cratippum, idque Athenis, &c.”

— pen. εἰ μὲν γὰρ] Declaratio amplificationis, illustrata contrario.

— ibid. οὐ δύσας] Ratiocinata a causa efficiente, seu impellente. Persuasio infirma, odium et metus, constans causa est inimicitiarum. Id igitur quod supra dixit, de constantia Olynthiorum, hic repetit. Nam ad tria illa incommoda, quæ in præfatione recenset Ulpianus, bellum esse alieum, deesse pecuniam, potentem esse Philippum: quartum etiam hoo, suspicio de inconstantia Olynthiorum, videtur adiungi posse (neque enim aliqui et primo loco posuisset, et repetiisset) nisi quis pertinere malit ad tacite amplificandum Olynthiorum periculum, quibus eversio, in metu futuri sint Athenienses.

— ibid. πισθεῖσα] A πισθεῖσα, persuasi (quod participium in Rhetoriciis ad Herennium sepius usurpat), adducti, impulsi, consilio et impulsu nostro. Hinc oratorum argumenta diountur πισθεῖσα, id est, ad persuadendum accommodata.

— ibid. ἀνιψίοτο] Ab ἀνιψίοτας. Sed observandum, quæ tempora verborum, in qua notio sint usitatoria. Deinde considerandum, an ἰστρυχεῖν (ut Libanius) et ἤστρυχεῖν (ut Demosthenes postea) τὸ πόλεμον, idem sit quod ἀνιψίοτα, an vero hoc, propulsare bellum, nec reformatum: illa, inferre significant? An vero inter ἰστρέπειν καὶ ἤστρυχεῖν tale discrimen sit, quale illud Livianum est: “Ne ostenderunt (inquit) bellum prius quam intulerunt.” In secunda quidem Philippica, τὴν μὲν ἱχθυαν τὸν πρέπει μέντος αὐτὸς ἀπῆρτο, quum ait, ἔχθραν ἀναρρέοντας πρέπει την, est suscipere alicujus, vel cum aliquo (nam utrumque dicitur) inimicitias. Dubitationes hujusmodi nulla ratione melius explicari possent, quam si omnes ejusdem verbi

loquendi modi ex optimis quibusque auctoribus congererentur. Quale opus a me annos abhinc duodecim institutum atque inchoatum, crebre migrationes et occupations interruperant.

— ult. καὶ μέχει τοῦ] Pro, μέχει τὸν χρόνον, ad tempus, οὐ ζετάεις, non constanter. Sub finem hujus orationis, scilicet οὐκαντα τὸν πρὸ τοῦ πόλεμον, ibi τὸν non pro τῷ, sed pro τούτῳ ponitur. Quanquam dubitari potest, an πρὸ τούτου πρότερον, vel πρὸ τοῦ πόλεμον potius sit legendum. Nam ἡ πανηγυρίδα καὶ ἀγωνία, multas nobis parit (si diis placet) elegantias, et observationes.

P. 14. 1. ταῦτ' ἀν δημοκράτῃς] hec sentirent, in hac sententiā manerent. ταῦτα, hec: ταῦτα, pro τὰ αὐτὰ, eadem, et ταῦτα.

— ibid. In τὸν πρὸς αὐτὸν ἐγκλημάτων] ob criminis illata sibi a Philippo, qui eos ut perfidos et fœdissimos criminarunt, ob pacem nobiscum factam. Si non πρὸς αὐτὸν, sed πρὸς αὐτὸν legeretur, sententiā esset, propter injurias, quibus se ab eo affectos esse queruntur.

— 2. μισθοῖς (τὸν Φίλιππον) ἔχειν] αὐτὶ τῷ, ήγειν.

— 3. ὑπὲρ ἀτ] θείσιν ἡ. que sunt illa? ἡ διδοττασι καὶ ἀνθρακοδισμὸς τῆς πατρίδος. Ecco iterum vaticinatus est Demosthenes. Evenenter enim ea, que timere dixit Olynthios.

— ibid. καὶ πενθεῖσαν] A πάσχων, vel antiquo verbo πάνθε. Colligitur ex hoc loco, non inani suspicione impulsus Olynthios, pacem fecisse cum Atheniensibus: sed ex aliquibus sibi factis injuriis perpessisse Philippi mentem, graviora cogitativa.

— ibid. εὖ δὲ δι] Conclusio, cui statim subjicit etiologiam, a perniciose cessationis, et salutaris industrie exemplis.

— 4. παρατεταμένα] A παρατίσσων, causa oblatam.

— 5. ταῦτα δέ] Cicero, “Non eadem est collatio accusatoris et rei.”

— 6. εἰ γὰρ Σὲ] Collatio contrariorum, quid fieri debuissest.

— ibid. Σὲ] δέ, quando: non, δέ, quod.

— ibid. οἵματα βεβοῦθείστα] veniremus auxiliati, scilicet, palais Thebanis. Vide in oratione Chersonesitana concessionem Timothei. Nisi forte intelligendum est de Macedonibus, auctore Demosthenes, pulsis, cuius rei Plutarchus meminit in vita nostri auctoris.

— 7. παρέσταντες] aderant. Posit etiam legi παρέσταντες, prodüssent. Est enim παρέσταντες verbum de iis usurpari solitum, qui surgunt, ac in medium prodeunt, ad habendam concessionem, τοῦτο pro τῷτο, ut supra τοῦτο pro τῷτο. Non ignorari puto, illud esse Atticum: in hoc in ἐφελκυστικόν, ut vocant, accedere, ad vitandam τὴν πα-

γάλληλον τῶν φοιτήτων Θεον, ut Dionysius Halicarnassenus loquitur.

— ibid. Ἀρχιπολιτῶν] Scilicet πρόσθετος.

— ult. εἰ — παραχώμενα] Si exhibebimus, pro, exhibuimus, ικαλλαγή Græcis et necessaria et frequens, et mox sequitur, σίχεται, haberetis, habueritis. Carent enim optativi et subjunctivi imperfectis et plusquamperfecti: eaque supplement imperfecti indicativi, alias addito ἀν, alias omiso. Sio etiam παραχωμένος καὶ ὑποσυγτελέας καὶ δεπλοτος utatur: εἰν ἀντετίκαια, ἑπειναι, ἐποίειται.

P. 15. 2. τότε] Quasi dicat, statim: sine ullo sumptu et labore, missis tantum instruendo adhuc et viatore exercitu.

— ibid. τὸν μετὰ ταῦτα] Scilicet, γεμένον, έκπλουθεύστον.

— 3. ἀπελλαγέμενον] Ab ἀπελλάττημαι.

— ibid. πραγμάτων] ἀσχολιῶν, λεπτῶν, δασκαλῶν, πολέμων. Amphipolitanum bellum constituisse Atheniensibus mille decadentis talentis, docet Ulpianus, plus sexta parte estimationis agri Attici, quo fuit, ut in oratione περὶ Συμμαχῶν legimus, ἤκακος χιλιών ταλάρων. Illud igitur vere fuit hamo aureo piscari, quod et nostra mentis factum meminimus. Demosthenes Olynthica secunda 1500. ταλάρων meminat, τὸν μάτην ἀπλαγέμενον. Bellum autem illud fuisse tam Philippo quam Atheniensibus grave, tum ex Demosthene constat, tum ex Isocratis eliam nostri Philippica.

— ibid. ἵνα — εἰ τότε] Observandum sunt tales particulae.

ibid. Πόλεω] Amphipolis inter Macedoniaν et Thraciam: Pydna Macedonia, Potidaea Thracis, Methone Achaei, Pagasae Thessaliam oppidum, sicut et Pharsa, et Magnesia.

— 4. καθίσαστα] κατὰ ἴκαστα, per singula, singulatim.

— 5. ἀπολογούμενα ἀπηγγίλλετο] Atticum, pro ἀπηγγίλλετο. ἴτιμοι numeri, quanquam optimos quisque scriptor perpetuo sic loqui solet, ac neutris pluralibus verba jungere singularia.

ibid. τοτετίν] Scilicet τὸν χωρίσιον, τὸν ἄνθετον.

— 6. ἀς προσῆκεν] Maturè, ac justis copiis, nisi quis ita malit intelligere, ἀς ἀργεῖται Σεπτέμβριον, ut significet, ex officio debuisse Athenienses illis ferre opem.

— 7. αὐτῷ] διὰ πολιτῶν, καὶ μὴ διὰ ξένων παράμενον τὰς βενθιάς.

ibid. άλον] Effectus, sive eventus industrie.

— 8. νῦν δέ] Quid non fieri debuisse.

— 9. αὐτόμενα] αὐτομένος, δύσκοττος ίμαι, καὶ δυσταξίσθαι, ή πραγμάτεις καταθέτων, καὶ χοροῖς ἐξημερωθεὶς πρὸ τὸν δραχμήν, καὶ τὸ τριβόλων, ut Lucianus ait.

ibid. πάζισμαν] Effectus, sive evenitus cessationis.

— ult. τὸν δὲ καρδὸν] Consolatio. Iterum incolat occasionem, atque amplificat felicitatem Atheniensium, que eo pertinet, ut ostendat vires eis non deesse, si voluntas non desit: neque presentia solum, sed superiora etiam tempora laudat.

— ibid. τὸν δὲ καρδὸν θεοῦ, τίς; ὅτε δέ] Alii sic distinguunt, θεοῦ, τίς, ὅτε, δέ. Alii, θεοῦ τίς, ὅτε δέ, quia haud scio an rectissima sit. Nescio enim quomodo hic interrogatio mihi asperior videtur. τὸν τίς idem quod τὸν σκαπτόφροντος.

P. 16. 1. αὐτόματος] Quasi dico: Quanquam stultum atque improbum est votum vestrum, tamen idipsum factum est quod exspectatis. αὐτόματος σχόσιος καλεῖ, et, καρδὸς θεοῦ αὐτόματος, se mutuo respiciunt.

— ibid. τὸν πρότερον] Etiam supra monui, articulos cum adverbii degenerare in nomina adiectiva. Est igitur δέ τὸν πρότερον, idem quod ὁ πρότερος, ὁ πρώτης, τὸ πρότερον. Αὐτὸν πρότερον, Ἐλληνάστησον μέν τὸν πρότερον δέ, συμφωνήτησον.

— 3. καὶ ἡμεῖς δοκοῦ] Verendum propositum, doorum benignitati habendam esse gratiam.

— ibid. ἡμούς δοκοῦ] Sequitur verbum ξένον, non subintelligitur δέ.

— ibid. δοκοῖς] Ergo iniqui sunt, qui divisa beneficia non agnoscunt, qui fortunam accusant.

— 4. λογοτῆτος] Ergo non vivendum more pecudum: non minus accurate, vel magis potius incunda ratio divinorum erga nos beneficiorum, quam pecuniae.

— ibid. ἀπρηγμάτων] Ab ὥντάχω, cuius multi sunt et elegantes loquendi modi, κατηστάται, pro καταστάσεις, γενέσθαι.

— 5. κατατητέοντας] Προκατάταντες. Occurri enim ei potuisse: Quid? Tu diis haberi gratiam jubes? tu urbis felicitatem predicas, post tot acceptas clades? in tanta perturbatione reipublicam?

— 6. ἐν ξένοις κατοῖς χάρη, εἰλέτων] ξένοις εἰλέτων conjungi possunt. Sed si ante εἰλέτων interpongatur, eaque vox absolute capiatur, Διαμεσθεντήσοντος ἐν οἴναι μέσοις.

— ibid. τὸ μὲν γὰρ] Μετiologia, constans translatione. removet enim culpam a diis, et confert in Atheniensium negligentiam.

trariis, propterea quod eminere videtur inter cetera, ut Homerus poeta, urbs Roma. pro Ligario, Quorum igitur impunitas, Caesar, clementia tuæ lans est, eorum te ipsorum ad orationem acutum est" hoc Fabius. Atque eadem fere M. Tullius [in Topicis, c. 13.] "Ex hoc illa rhetorum sunt ex contraria conclusa, quae illi enthymemata appellant. non, quod non omnia sententia proprio nomine enthymema dicatur: [p. 192. ed. D.] sed ut Homerus propter excellentiam communem poetarum nomen efficit apud Gracces suum; sic quia omnia sententia enthymema dicatur, quia videtur ea, quae ex contraria conficiantur, acutissima, sola proprie nomen commune possidet." Bene acutissima. his enim, quem loco ponuntur, nihil festivius, nihil acutius. Hermog. [Invent. lib. III. cap. I. p. 68. ed. Sturm.] καὶ μὲν καὶ τὸν δεῖ τούτος ἡθυματάτων ἤματων προσέδινται, οὐ δὲ τὸ ἀρέτατον τοῦ δρμάτων παρέτοις δρματίους προσέταται. sic lego, non ἀρ' οὐδὲ δρμάτες, αὐτον, acrimonia. Sed quam Cicero et Fabius ante eum haec notarunt, quos constat antiquiores fuisse, quomodo gloriaruntur autem esse hoc παρόργαμα? Non ipsa enthymemata Hermogenes apud oratores primus animadveruit, nam neque Aristoteles ea nesciebat, ut mox docebat. sed hoc Tarsensis ille princeps omnium vidit, non esse haec ἡθυματά, ἱγχιζόμενα (sic enim appellant argumenta) sed ἵππεργασίας τὸν ἱγχιζόμενον, quae ducentur vel ab exemplo, vel a maiore, vel minore, vel pari, vel simili, vel contrario. Quod verum esse, locus ille contra Midiam evidenter ostendit. τὸ γὰρ δέντες τὸ διάτροπον ἱγχιζόμενον illud enthymema subiunxit. Sed Hermog. τὸ ἱγχιζόμενον sumi vult τὸ τοῦ προστάσων, quae sunt haec, τοῖς, τοῖς, θηταῖς τοῖς, πώς, πώς, πώς. Ἡράκλειον δὲ ex illis locis, quos enumeravi. tum inferri τὸ ἱγχιζόμενα. Sic enim ille artifex [III. de inv. p. 114. ed. Sturm.] Ἡράκλειον δὲ τὸν ἱγχιζόμενα δέντες τούτους, δευτέρους τοὺς δικαιοτέρους, δέντες παραπολίτες, δέντες μαρτυρίτες, δέντες μαζίστες, δέντες δέντες, δέντες λυτοί. Sed sive haec argumenta dicoenda sint, sive exhortationes argumentorum, in re nihil interest, de nomine omnis controversia existit. [p. 193. ed. D.] In illo quidem contra Midiam loco, si placet inquirere, nullum ex aliqua circumstantia precessisse argumentum repertus, cuius ἰσχυρία sit δέντες τὸ διάτροπον, sed ex eo, quod minus erat, principale argumentum trahi. deinde subiecti, tanquam ἵππεργασίας, τὸ ἡθυματόν, quod retaliamus. Novisse autem Aristotelem hoc quoque enthymema, non solum illud, quod

Fabius ex illo rhetorico syllogismum vocat, ex his lib. II. Rhetorices [c. 23. §. 69. ed. Schrader.] manifestum est: *οὐδὲ τὸ τὸ ιθύνειν, εἰ φάγοτος μὴ παχύσθια, δεῖν; κατίθεσθαι, καταλθῆσθαι; φαγόντες, δεῖσθαι μὴ παχύσθια;* nihil hoc negi potest δεμέντεσ. καταλθεῖν est ex-solam, qui in patriam redent. καθόδος, redditus. Neque hic philosophus *hod in præceptis modo notavit, sed ipsæ etiam, ut est omnium elegantiarum magister, conditum et rotundum enthymema conficit, loquens de illis, qui pretio magistratum emant [Polit. II. cap. X.]* Μίζεροι δι οὐδεὶς καρδανῶν τοὺς ἴωνακτους, θραυσταῖς αποκαταστάται ἀρχαστον. ἀποστον γὰρ, εἰ πίστη μή, ἴωνακτος δι, βουλοῦσται καρδανῶν, φαύλοτερος δι ἀν τοῦ Σολικοτοῦ δανανοῖς. hic primum est ιωνιζόμενα πᾶν τὸ ιωνισμόν. τὸ γὰρ καρδανῶν καὶ τὸ δανανῶν ιωνισμόν. Deinde ιωνισμόν καὶ ιωνισμόν. Et hoc suum inventum esse Hermogenes merito gloriatur. hanc enim τιχολογίαν aucto eum nemo vidit, ne Cicero quidem. Fabius certe τὰ ιωνισμάτα inter figuras et ornamenta dicendi restulit: et sane nullum est ornamentum orationis insignitus. Sed hoc sciendum est, non omnia enthymemata esse ιωνισμάτα τὰ ιωνισμάτων, sed quedam absolute sunt, ut ita dicam, quæ per se constant, [p. 194. ed. D.] neque ullam habent ad antecedentia relationem: oujusmodi sunt illa exempla Ciceronis in Topicis [c. 13. extr.] “ Hunc metuere: alterum in metu non ponere. Nam quam nihil accusas, damnas: bone quam meritam esse autumas, dicens male mereri: hoo quod sois, prodest nihil: id quod nescis, obest.” et haec Pauli, quæ, qui vir his quoque in literis fuerit apostolus, declarant [Rom. VI. 2.] οὐντες ἀπεδάνουσι τὴν ἀμαρτίαν, πῶς ἡ ζητοῦσα ἡ αὐτῆς; et [Gal. II. 14.] εἰ σὺ λινδαῖος ἵπαγεχών, ιθνικός τος καὶ οὐντος λινδαῖος, πῶς τὰ τὸν ἀπαράχεις λινδαῖον; Sed agendum hunc enim locum perpolire ad unguem statuinas) hoc genus Cicero dicit tertium esse dialecticorum concludendi modum secundum Stoicos. sit enim [c. 13. §. 54.] “ Cum autem aliqua conjuncta negaveris, et his alia negatio rursus adjungatur, et ex his primum sumpseris, ut quod reliquitar, tollendum sit: is tertius appellatur conclusionis modus. Ex hoc illa rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quæ illi enthymemata appellant.” Haec perobscura sunt: sed ap-positione exemplorum fient illustriora. Utetur autem primum ipsius Ciceronis exemplis. “ Cum aliqua conjuncta negaveris,” ut, Hunc metuis, alterum in metu non ponis. “ et his alia negatio rursus adjungatur,” dt, Non et hunc me-

tuis, et alterum in metu non ponis. “ et ex his primum sumpseris,” At hunc mettis. “ ut quod relinquiter, tollendum sit.” Ergo et alterum in metu ponis. per affirmationem enim negatio tollitur. Non id quod sois, prodest, et quod nescis, non obest. ut quod reis prodest, ergo quod nescis, nescis obest. vel sic; Non quod et nescis obest, et quod sois nihil prodest. ut obest quod nescis. ergo quod sois levat. contra Sophocletum illud [in Ajace, vs. 554.] τὸ μηδὲ φρεσὶ δύστος θεος. [p. 195. ed. D.] Tale est illud Demosthenis [pro Corona, p. 229.] εἰ γὰρ δίκαιον Κτησιφόντα μή δικαιος δικαιος δικαιος, δικαιος δικαιος, εἰστε ξελέγχειν ιδίωτας εἰστοῦ, οὐκ ἀ τυγάλαντο. primo fact ex contrariais enthymemata, Κτησιφόντα μή δικαιος δικαιος δικαιος, δικαιος δικαιος, εἰστε οὐτοὶ οὐτοὶ τυγάλαντο. τὸ γὰρ δικαιος καὶ τὸ γράφοντα sunt idem, accusare et persecuti. quare τὸ οὐτοὶ τυγάλαντο, άντιφατος est τὸν δικαιος. erant igitur repugnacia et non consentanea, neque ejusdem hominis, quis fecit Αρχίνες. Sic autem hoc enthymema fit syllogismus tertio concludendi modo. ut Cicero docuit. non Ctesiphontem potest persecuti propter me: ne ipsam autem si convincere se posse speraret, non accasset. at Ctesiphontem mei causa persequitur. ergo me quoque accusasset, si reum πέρας se posse consideret. Sic enim Cicero [in Topicis, c. 13. §. 53.] “ Non et legatum argentum est, et non est legata numerata pecunia. legatum autem argentum est. legata igitur numerata pecunia.” Haec, ut locum Ciceronis involutum explicaremus. nunc redamus ad id, quod agitur. Hermogenes argumenta sumi docet διὸ τὸν παραδίλυτος, ετο. tum addi enthymemata. noster monet, pacem esse retinendam propter dulcedinem ejus et commoda, exemplis Thebanorum, quibusdam de Oropo bellaverant, Philippi, quicquam de Amphipoli contendenter, Cardianorum, Byzantiorum, Mansoli, quorum omnium injurias, ne pacem violarent, patienter tulerunt. tum infert: Nonne igitur statim et miserum est, πρὸς ιδίωτος οὐτοὶ προστιθμέτους πρὸς τὸν οὐτοῖς καὶ ἀνεγκατατάτος, πρὸς ἄπαντας περὶ τῆς ἡ Δελφοῖς σκιάς πολεμῆσα. [p. 198. ed. D.] Vides in hoc enthymemate ἐφαγεσία communem posse quinque argumenta δια παραδίλυτος. Dominus quoniam a Judeis reprehensus esset, quod segnum cursando sabbatum polluisse, primum a re simili facines purgat. Vos, inquit [Ioann. VII. 22. s.] ex lege hominum sabbato circumciditis. tum addit ἀνθυμητικός: εἰ τετιοποιη λαμβάνει ἀνθρώπος τὸ οὐθέτον, τοι μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωϋσες, ίμα χλάπτε, έτι δοτο ἀνθρώποις οὐτοὶ ιωνεῖς τὸ οὐθέτον;

Vides τὸν ἀπόδειον. Circumcisio valuerat partem corporis: Christus totum hominem sanavit, atque integrum reddidit. Similiter post iniqui judicis viduamque importunum parabolam, qua docet, semper instantium esse orationibus, subinserit [Luc. XVIII. 6. s.] δακρύσαι, τί δραγῆς τοῦ; οὐδέλας λέγει; ή δὲ Σάδε οὐ μὴ εποίησῃ τὸν ἀδελφόν τὸν ἐπιλεκτὸν αὐτῷ βαστεῖν πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ πετρᾶς; Injustus iudex vindicavit viduam propter ejus importunitatem. Deus, qui ipsa est justitia, non vindicabit suos ad se clamantes assidue. Multa ejusmodi reperiuntur in Christi sermonibus. Dem. [pro Corona, p. 267.] τὸ λαβεῖν αὖτις τὰ διδόμενα ἀμελογεῖν ποιεῖν, τὸ κάθετον τελεῖν: παρεργάτης γράφει; M. Tullius [pro Milone, c. 16.] "Quem igitur cum omniam gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querella? quem jure, quem loco, quem tempore, quem impuno non est anus, nunc injuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitū non debitavit occidere?" Idem in eadem [c. 29.] "Fingite cogitatione imaginem hujus conditionis mes: si possum efficiere, ut Milonem absolvatis, sed ita, si P. Clodius revixerit. Quid vultu extimuis? quonammodo ille vos vivus afficeret, qui mortuus inani cogitatione percensat?" [p. 197. ed. D.] Sed in primis hunc locum Ciceronis attende [pro A. Cicina, c. 15.] "Quod si vi pulsos dicimus exercitus esse eos, qui metu ac tenui sepe suspicione periculi fegerunt: et si nou solum impulsu scutorum, neque confictu corporum, neque iectu communis, neque conjectione telorum eminus, sed sepo clavatore ipso militum, aut instructione aspectuque signorum magnas copias pulsas esse et vidimus et audi-
vimus: que vis in bello appellatur, ea in otio non appellabatur? et quod vehemens in re militari putatur, id leve in jure civili judicabitur? et quod exercitus armatos movet, id adovationem togatorum non videbitur movisse? et vulnus corporis magis istam vim, quam terror animi declarabit? et sauciatio queretur, quum fulgam factam esse constabit?" Habet hic primo argumentum ἀριθμοῦ: deinde exornationem crebris enthymematicis: superiora enim videntur esse absolute. nec Herogenes videtur sensisse, omnia enthymemata esse ἴστρεγυστας προλαβόντες ἑπιχωριάτους, quum ait, καὶ μὲν τὰς ἵππους τούτους ἴδιαν μηδεμάτους super his, inquit: scilicet argumentis, quasi sint alia, que non sequuntur argumenta, quorum primam animadversionem sibi non tribuit. Dem. [ad

Pantzenet. p. 983.] καὶ τοῦδ' οὕτω τὸ δικαιούσιν φένει, καὶ φανεῖς ἴστρειζας μὲν παθαρός, μετὰ ταῦτα αἰδίσσεται καὶ ἀφῆ, σὺντετριβαλαγή κύριος τὸν αὐτὸν ἔστι. hactenus argumentum a similitudine. deinde huc sequuntur: εἴθ' ὑπέρ μὲν φύσης καὶ τὸν μυστικὸν, οὕτως ἴστροι καὶ μὲν τὸ ἄφεντον ὑπέρ δὲ χρημάτων καὶ διατάξεων ἴχλαμάτων ἀπεριττοίσται; μεθαμψίης. Sed quia priora verba obscurae sunt, ex iure Atheniensium deprompta, eagent interpretatione. [p. 198. ed. D.] Budaeus: et usque adeo hoc ius in omnes valet, ut si quis ob cædem non voluntariam aliam arcesserit, atque adeo reum peregerit, manifestoque convicerit, deinde a reo placatus quoquo modo, culpam crimenque condonari, ultra finibus patris expellere eum non possit. quia injuria remissa abolitaque exsuscitari denū nequit. huc postrema addidit a se, que verba sunt juris. Idem: alibi est tenia et misericordia, et personæ periclitantis respectus ac tuitionis, unctionis animadversionisque remissio, contra Ctesiphontem absoluta sunt illa Λεσχίνιος [p. 469. s. R.] ὁ γὰρ μαστίχης καὶ πατητὴ πονηρός, οὐκ ἀποτελεῖ γένος δημιουργὸς χρυστὸς. οὐδὲ δὲ τὰ φίλατα καὶ οἰκιστάτα σώματα μὲν στέργονται, οἰδίποτε ὑμᾶς περὶ πλάνον ποιοῦσται τοὺς ἀλλοτρίους. οὐδὲ γά δὲ ίδια πονηρός, οὐκ ἀποτελεῖ γένος χρυστὸς. οὐδὲ δέ τοις ἔστιν οὐκα φῶλος, οὐδέποτε ἡ ἡ Μακάδηνα κατὰ τὸν προσεύσαν καλές καγάθες. Hoc de Demosthene, quam lugore unicam filiam post diem septimum ab interitu desierat: cuius tamen in hoc animi constantiam Cicero laudat. [Tusc. III. 26. §. 63.] Atque huc hactenus. οὐδὲ μὲν τὸν Λασσωποῦ τρόπουν, τὸ τὰ βραχίονα διὰ προτιμάτων, inquit Plato. [Lögum IV. p. 721. t. II. Steph. p. 197. t. VIII. Bip.] Εστι μέντοι καὶ δέσμων τὰ μακρότερα ἀνθρώποις τις. quod non nunc necessario fecimus, quia semel voluimus hunc locum purpurgare, et studiois hanc doctrinam ostendere ac reserare sane quam utilē ac fructuosam. atque hanc scio an quoiquam sit in Rhetorice præclarus. huc enim sunt illa Demosthenis fulmina, de quibus accepimus. hastas Tullius [de orat. I. 57.] amentatas vocat. hasta est ἑπιχωρία. [p. 199. ed. D.] amentum, quo torquetur fortius, ἴνθημα. Est quidem huc Ciceronis doctrine subtilis [in Topicis, c. 13. s.] quam videtur huiusse a Stoicis, qui conclusionis formam atque rationem faciunt omnia enthymemata, id est, syllogismum. Sed huc duntaxat in parte πολλῷ καλλίστην τὸν Ἐρμόγενον τεχνολογία.




B. G. WEISKII

ET

G. H. SCHAEFERI

ANNOTATIONES

AD ORATIONEM DE HALONESO.



BENIAM. GOTTHOLD WEISKII

DISSERTATIO

SUPER ORATIONE DE HALONESO.

Sicut aliqua vel ei medico habetur gratia, qui morbum leviorem iusta medeta persanari; magna vero et insigne ei, qui aut proclaram corporis partem, quam alii scandere atque urese capiunt, aut vitam hominis a ceteris desperatam potuerit conservare: ita profecto in his, quibus nos delectamur, studiis nonnulla quidem et ejus erit laus, qui particulam scriptoris antiqui, nevo laborantiam, commode currit; major autem et prestantior ejus, qui opus aliquod universum, ab egregiis auctoris arte profectam, a criticorum levitate vexatum et condemnatum, salvum presterit. Quo studio vel impugnandi veterum opera vel tuendi nostrum maxime inflammatum videtur tempus. Namque et in hoc totius orbis terrarum confictu non urbium quarundam civitatumque exiguum, sed imperiorum salus maximorum agitur, quoniam, que hodie florent, deciduntur, que dudum perierunt, mejora exsurgent, ita philologis nostris cupido videtur invassisse, jam non de rebus exiguis, sed de maximis, non de vi no sensu verborum quorundam, sed de scriptorum optimorum, librorumque laudatissimum auctoritate, nomine, salute inter se digladiandi.

Sed quemadmodum nuper Gioeronis, sic dudum Demosthenis aliquae orationes in dubium sunt vocatae, ita ut inter viros doctos non constaret, hicne an alias earum sit auctor. Quamobrem cum Demosthenem et eum, sine quo ille intelligi non potest, *Æschinam* delegerim, in quibus præ ceteris opera mea versaretur, illino hujusque quoque libelli argumentum petere decrevi. Neque enim mirari satis possum, videns, illos oratorum veterum dumvirois nunc fere ab omnibus negligi, orationes autem Ciceronis, qui ad illorum se exemplum conformavit, dominari in scholis et in manibus omnium versari. Quare si adolescentes, id quod sepe animadvertis, oratorem Romanum summis studiis amplectuntur, propterea quod in hoc genere oratorio juvenciles animi vel

orationis vi trahuntur, vel varietate resum delectantur, vel argumentorum gravitate aluntur: qui illud minus fatrum est in Demosthene atque *Æschine*? Nam nihil denique his deesse video, nisi aliquem, qui nonnullas eorum orationes, lecto præ ceteris jucundas et utiles, in unum redigat corpus, et argumentorum descriptio- ne, tabella historica, brevi annotatione illustrans adolescentium usum commendet ac tradat. Qeam laudem tanto fore intellico majorem, quo pluribus et gravioribus rem implicari video impedimentis.

At ego nunc quidem de oratione ea, quæ *de Haloneso* inscribitur, dispaterem quendam decrevi, omnię orationem Demostheni, eai a compluribus adjudicater, pro parte virili vindicare. Cujus controversies ut ratio, et qui dicitar, status causa apparent, paucæ sunt praefanda.

Philippos, Macedonie rex, Olymp. CIX. an. 2. arbente Pythodoto, ante Christ. nat. an. 348. legatos Athenas misserat epistolam ferentes, in qua primum de Haloneso insula loquitur, eamque profiteret se Atheniensibus redditurum quidem, si postularent, non esse, sed datum, si orient; expulsis enim a se latronibus, qui Atheniensibus eam eripuerint, suam esse fecerint. Deinde alia quedam scribit, de quibus tum cum Atheniensibus contendebat: de judiciis mercatorum constituendis; de mari contra piratas tuendo; de primaria pacis conditione mutanda; de captivis reddendis; de Amphipoli denique et Cardia, quas urbes suas esse Atheniensos, negante Philippo, affirmabant. Quarum rerum rationem uno persequi nolo: ad nostram enim causam non magnopere pertinent; sed tamen nonnulla horum deinde, occasione oblata, explicabuntur.— Legati autem illi, qui has litteras serebant, simol alia quedam, nobis ignota, Philippi nomine nanciabant. Quare oratores Atheniensium et ad literas illas et ad legatorum sermonem, priusquam decretum populi fieret, orationibus pro concione habitis responderant.

Jam primum non potest dubium esse, Demosthenem tum publice habuisse orationem huiusmodi fere, cuius hoc de Halone est, argumenti. — Nam Demosthenes et nquam non acerrime contra Philippum, illo quidem tempore, concionabatur, et his ipsius de rebus, quae ista epistola atque haec, quam legimus, oratione continentur, aliis quoque in orationibus sepe cum incusat; ut de capta Amphipoli et Potidaea, de Cardianis in tutelam a Philippo receptis, de turpi Philocratis pace auro Macedonico empta, de captiis non redditum: quarum querelarum plene sunt Demosthenes orationes. Denique, id quod familiam dicit, ab *Æschine* aliquaque scriptoribus antiquis diserte traditur, Demosthenem maxime faisse, qui non dandam, sed redendam a Philippo flagitaret Halonesum.¹

Deinde ne illud quidem in controversiam veniat, *haec, quam nos legimus, de Halone oratio fueritum habite nec ne.* — Nemo enim id unquam dubitavit neque recentiorum neque veterum. Immo rhetores et grammatici veteres, ut deinde ostendam, sepe hanc orationem ut genuinam commemorant. Neo vero in ea quidquam est, quod aut a sermonis Attici, quantum erat, elegantis, aut ab historie veritate abhorreat. Immo ipsa illa orationis simplicitas, quam nonnulli Demosthenem indignam ausi sunt dicere, atque haec ab alia re ad aliam transiendi coloritas ostendit habitat esse in re presenti orationem, non vani rhetoris esse declamationem malito post excoitalam. Huic a-

redit, id quod miror non animadvertisse interpres, mancum quadammodo et imperfectum esse opus. Prefatar enim orator (p. 165. 6.) se primum ad epistolam Philippi, deinde ad ea, quae legati dixerint, responsarum esse. Jam de epistola per totam loquitur orationem, legatos obliiscitur.² At hoc quidem declamatori accidere certe non potuit; Demostheni cur potuerit, paulo post videbimus.

Quare quam et haec, quam legimus, oratio illa occasione fuerit composta, et similim Demosthenes necessario habuerit, restat ut probemus, haec, que extet, esse illam Demosthenis orationem.

Opponuntur mihi primum cuctoritas virorum quorundam doctorum vel veterum vel redentiorum; deinde arguments nonnulla, quae dicantur, interna. — Et hec minum quidem istorum, qui mihi adversari videntur, duo esse animadverso genera. Namque aut 'aperte profstant, hanc orationem sibi non videri Demosthenis, sed Hegesippi vel alias cuiusdam,' aut 'ab aliis de auctore dubitari dicunt, summi iudicium cohident.'

E priori genere pasci sunt, et commemorata vere dignus nosciri unus, Libanius. Is enim 'periisse videri' dicit 'Demosthenis de Haloneo orationem; hanc quidem non Demosthenis, sed Hegesippi se censere;' neque id dicit modo, sed comprobare studet argumentis, de quibus deinde videbimus.³ Idem tamen Libanius fatetur, se ea in re criticorum antiquiorum sententiam sequi; ceterum,

¹ v. *Orat. de Hal.* p. 165. 1—6. (ed. Noskr.) cf. *Æschinis Orat. in Ctesiph.* p. 475. 'Αλόντος δέδειν (ί φίλωντας)· ί δὲ (Δημοσθένες) ἀπεγένετο μὲν λαμβάνειν, εἰ δύοτι, δὲλλα μὲν ἀποδέδεινται. *Athenaeus* tom. II. p. 359. (ed. Schweigh.) φαῖται, οὐ Τιμαράτης, ἀποδέδειν τοι τὰ τέλη διατελεσθεῖσαν λαζανα καὶ εἰ δύοτι, οὐ δὲ Κορεατίδης φυοὶ μόνη Δημοσθένης χλευάζειν, οὐ φίλωντος Ἀθηναίου· Αλόντος δέδεινται συνεβούλευε μὲν λαμβάνειν, εἰ δύοτι, δὲλλα μὲν ἀποδέδεινται, θετεὶ Ἀγριφάνης η Νεοτίδης σπειδεῖται δίμενος ἐρεχχύλει τέλος τὸ γένος'

δὲ διατέτεις δὲ πάστο τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς
ἀπέλαβεν δικαιηγόρη θλαβίτης ἡγάπησεν ἀν
τὸ μῆμα τοῦτο περιλαβεῖται Δημοσθένες.

Deinde aliorum verba comicorum laudat, Alexis, Anaxilus, Timocles eadem de re Demosthenem irridentium. Illum autem Antiphantes locum et Plutarchos, in vita Demosthenem, commemorant, ita pergens: πρὸς τὸν ὄντα 'Αλόντου λόγου δὲ Ἀγριφάνης ταῦτα πάνταχρη, τὸν Ἀθηναίου Δημοσθένης συνέβολει μὲν λαμβάνειν, δὲλλ' ἀπολαμβάνειν ταῦτα φίλωντας.

Hinc patet Philippum, in epistola ad Athenienses Olymp. CIX. 3. data, Demosthenem maxime significare, quum dicit (v. Demosth. ed. Reisk. p. 162. l. 16.) οὐδέποτε (ἴμει) τὰ τύπον, οἱ βίτορες λαμβάνειν μὲν εἰς εἰσιν, ἀπολαμβάνειν δὲ συνεβούλευσαν.

² Namque orator locum de Cardianis, qui orationis ultimus est, his incipiit verbis p. 174. 13. πρὸς δὲ Χερονήσου ιππιστὴν ιππάλλιος: πρὸς ἡμᾶς ετο. i. e. que in epistola scribit. Hac enim significatione jam p. 165. 7. οὐ φίλωντος ἰνίσταλας, opposita erant illis, οὐ εἰ πάντας λόγουτι. Unde patet ad finem orationis usque verba fieri de epistola illa, non de logatorum dictis.

³ Libanius, argument. or. de Halon. ί δὲ λόγοι οὐ δοκεῖ μοι Δημοσθένες αἶτη ετο. et paulo post: οὐδέποτε εὔστοσαν δὲ καὶ οἱ προσοντάριοι τοι λόγοι οὐ εἰ τοῦ βίτορος, καὶ περιφέρεται γέ τοις οὐτρα 'Ηγεσίωντας ετο. v. infra not. 19. not. 21. et not. 29.

qui isti fuerint, Callimachusne aliquis, an Zosimus, an Zeno, et qui alii feruntur de Demosthene olim esse commentati, id vero non dicit. Quam facile igitur fieri potuit, ut aliqui veterum istorum aliquando aliquid de dabo nostro orationis auctore excederet, ceteri autem, ut sit, vel verba ejas repeterent vel judicium quoque suum illius auctoritate suffici paterentur! Hoc igitur et Libanio potuit accidere, si preoccupata mentis opinione ad iudicium de hac oratione ferendum accederet.—At reliqui e veteribus duo, qui eam Demostheni abjudicant, Suidas et Etymologici Magni auctor, neq; rationes addunt, nec suum judicium, sed aliorum verba sequuntur.⁴ Idem et iis accidit, qui recentiori tempore opinionem illam sunt ampli, sive cum dubitatione aliqua, ut Hier. Wolfius et Valesius, sive confidenter atque audacter, ut Faber: quorum nemo quidquam attulit, quo sententiam suam comprobaret.⁵

Alii complures controversiam hanc commemorant, ipsi nihil affirmant. Ita videntur adversari, alias opponam eorum, inter veteres Harpooration,⁶ qui tamen

alias hanc orationem simpliciter Demosthenis nomine laudat;⁷ deinde Photius, qui, tametsi in neutram partem quidquam se dicit audere statuere, tamen multis verbis docet, hanc orationem, si vel maxime a ceteris Demosthenicis paululum discrepet, nihil minus a Demosthene posse esse profectam.⁸

Et ejusmodi quidem lexicographus aut grammaticus si nihil de suo addit, nihil pro certo affirmat, minus eidem miror. At viri recentiorum temporum κριτικότες, et nostro in oratore versatissimi, si, de hac re quem loquuntur, suum iudicium reticent, quod aliquid videantur, nisi auctoritatem Libani aut nescio cuius metuero, ceterum, si quis Demostheni suum vindicet, non obstar? Ita Meursius, Kusterus, Gessnerus, Rubkenius, Morus, Taylorus, Reiskius certatim dicunt: 'controversa res est' vel 'dicitur Hegesippi'; nihil amplius.⁹

Hic auctoritatibus, que causa mea aut plane non adversantur, aut non graviter videntur adversari, alias opponam eorum, qui aut 'diserte Demostheni hanc oratio-

⁴ Suidas: 'Ηγέσιππος. ὁ τός ιερόν ἐ Κροβίλος ἱεραλούματος, οὐ δοκεῖ εἶναι ὁ ζ Φιλοτεχνής, Δημοσθένης ἱεραρχόματος.—Etymologicum Magn. sub verbo 'Ηγέσιππος' eadem habet. Utrique, uno verbo neglecto, Harpoorationem exscriperunt, de quo vid. not. 6.

⁵ Hier. Wolfius ad Or. de Hal. p. 174. 13. "ἢ τὸ ἱεροτάλλι. F. & ye, nisi forte sit Hegessippi idiotismus inculcare τὸ τι!"—Valesius ad Harpoocrat. sub. v. Ἐμμανουὴλ: "Demosthenes, seu potius Hegessippus, in τῷ περὶ Ἀλογίου."—Faber ad Longin. p. 202. (ed. Toll.) "praestat uno verbo dixisse, orationem illam Demosthenis non esse; Hegessippi est. Id vidit ante me Wolfius, ego alias probabo." At non probavit.

⁶ Harpooration: 'Ηγέσιππος. ὁ τός ιερόν etc. ut apud Soidam, nisi quod Harpoor. dicit: ὁ δοκεῖ τις; εἶναι etc.—Idem sub v. Ἀλέξανδρος: ὁ Δημοσθένης μυητοῦς ἐν ζ φιλωπάκῳ, (p. 173. 2.) εἰ γένετο δὲ λόγος, —, et sub v. Ἐλάτεια: τοῦ δὲ βότορος πάλαι ἐν ιερῷ φιλωπάκῳ, (p. 172. ult.) εἰ γένετο. —

⁷ Harpoocrat. v. Βεύθετος: Δημοσθένης ἐν φιλωπάκῳ ἰδεόμεν (p. 172. ult.) — v. Παυδεσσία: Δημοσθένης φιλωπάκης (ibid.) — v. Σύμβολα: πολλάκις ἐν τῷ ζ φιλωπάκῳ Δημοσθένης. (p. 167. 7. 12.)

⁸ Photius in Biblioth. p. 1465. ed. Hoechel.: τινὲς μὲν ἂλι τῷ περὶ Ἀλογίου λέγουσι καὶ κατὰ φιλωπάκων ἱεραρχότων διύπτεος (lege ἰδεόμενος; facile enim notie P II et III rolongent confundunt) καὶ γάρ πρὸ τῶν ιειστολῶν ἐρήμων ἀπταγενῆται τοῦ (lege τὸν) φιλωπάκων τοῦτον ὁ φασι εἶναι γῆντος Δημοσθένους, καὶ τεμπηριοῦσθαι τὸν δέξαν αὐτὸν ἱεροῦ τοῦ φίλου τοῦ καὶ δώματος καὶ τῇ τοῦ συδέσμους ἀρμονίᾳ πολὺ γάρ ταῦτα λείπονται τοῦ Δημοσθένους τίκτων ἀπίκτει τὸ γένος ταύτην εἶναι καὶ λειχαστον καὶ τῆς τοῦ μέτρου περὶ τοῦτο διδύμου ἐλέγοντα μόνον τὸν φέρον. (Libanios igitur ante oculos habuit, cuius ipsa verba refert. v. not. 21.) καὶ οὐ γάρ αὐτὸν ἀφαιρεύμενοι τοῦ Δημοσθένους εἰς 'Ηγέσιππον' ἀναφέουσι. ἡνὸς δὲ εἰδός πολλάκις καὶ λόγους διαφόρους γεννητόφεν πολλὰ δύστοις τὸν δραματικὸν καὶ διάρροον ἤργαστος λόγους τὸν αὐτὸν λυπητότερον γεννήτορα: οὐ γάρ δὲ καθέστηκεν ἀπρότος καὶ ἀπαλλαγέτος, κατὰ πάτερα, οὐτε οὐδὲ οὐδὲ πάτερας, οὐτοις οὐδὲ κατὰ τούτους (addit. τούς) λόγους οὐ ἀνθρώπινον δίναμος; ἀλλας τοῦ δὲ οὐδὲ τοῦς κατενετάτους (lege καριστ.) τὸν διαμαράταν τοῦ μέτρου: ἀλλὰ καὶ ταῦτα ὅσην ἐπ' ὅλην τὴν διαφοράν, εἰς ἵκανον ἀποφένεται, εἴτε 'Ηγέσιππον' τὸν εἰπεὶ 'Ἀλογίου' λόγος, εἴτε τῆς Δημοσθένους ἐλέγοντα φίλους.

⁹ Meursius Lect. Alt. III. 6. — Kusterus ad Seidem sub. v. 'Ηγέσιππος' — Gessnerus ad Quintilianum III. 8. 5. — Rubkenius Hist. Crit. oratorum Graecorum (ap. Reiskium vol. VIII. p. 156.) — Morus ad Longinum p. 210. — Reiskius in indice Demosth., sub verbis: Halonesus, Hegesippus, Callippus, Pax. — Tredet eorum verba describere, qui nihil novi afferunt.

nem tribuant,' aut 'occasione data Demosthenicam appellant.'

Primo loco Dionysium Halicarnasseum nomine, qui quanquam fatetur hanc orationem e subtilli genere esse ac tenui, Lysiascumque ingenium resurre, tamen neque illo loco, ubi plerasque orationes enumerat Demostheni perperam adscriptas, nostram commemorat,¹⁰ et clarissimis verbis dicit, Demosthenem hanc orationem, his, quae et nunc leguntur, incipiemus verbis, Pythodoto arobonite, contra Philippi legatos habuisse.¹¹ Quod testimonium viri gravissimi nostroque in oratore versatissimi vel solum sufficit ad nostram opinionem fulciendam.

Sed qui passim orationem nostram addito Demosthenis nomine commemorant, (plerumque enim auctoris nomen, immo et orationis, omittunt,¹² ut fibat in clavis veterum operibus) illi sane magis ea re voluerunt declarare, quam intelligi jubent orationem, quam a quo potest eam another profectam. Sed tamen et hic alia est aliorum ratio. Nam si homines docti ac subtiles et in scribendo cantu maximisque in oratoribus antiquis triti, si Quintilians, inquit, si Aristides, si Harporation, hanc Demosthenis vocant orationem, non temere, sed consueto ita recare videntur.¹³ Ceteri autem si idem faciunt, ut Eustathius, ut Thomas Magister, hoc certe ostendunt, unde eam illius nomine tum temporis venisse, nec se omnino con-

tra statuere: alioquin suppressuri nomen fuissent.¹⁴

Ad alterum venit genus argumentorum, quod jam non in aliorum auctoritate, sed in nostro est positum iudicio, quodque ab ipsis orationis vel sententiis et verbis vel dictis repetitur. At hic antequam cetera commemorao, illud proponam, quo mirificus arbitror meam stabiliri causam.

Soles Demosthenes locos olim a se expeditos, quum in simile argumentum defertur, vel servatis iisdem verbis vel paucis mutatis retractare, ita ut non modo versiculos paucos, sed plagellas aliquot continuas repetat, epicane et in re, ut in multis, gravitatem simplicitatemque imitatus. Erat enim constantis oratoris nostri, ea, quibus nihil verius, nihil gravius dies posse intelligebat, queque olim, quum a se dicere restar, magnam vim ad commovendos auditorum animos habeuisse animadverteret, iterum proferre et sua quasi tueri. Fastidius autem id magno conceditur oratori, variandisque orationis, si vellit, imprimitus perire, quam alii cuivis. Quare neque Homero irascimur, qui tot strophas versos continuos, paullo ante decantatos, iterum recitat, nec Xenophonti, qui multa ex Agesilao suo in Hellenico retulit, nec Ciceroni, si defendant, hujus esse dicas illas post reditum orationes, quarum ex altera tertia in alteram sunt translate. — Apud nostrum quidem, ut preterea contentiorem repetitiones breviorum, in quibus plesio-

¹⁰ Dionysius στρ. τ. Διηγεσθ. διάνοτης ed. Sylburg. p. 197. εἰ μέντοι οὐκ ἀπετυγματίσθαι εἰσὶ λόγοι, πάντες καὶ φορτικάται καὶ ἄγριοι πατασχεῖσι, οἵ τοι καὶ τὸν Ἀριστοφάνεα β' εἰσι.

¹¹ Dionysius ad Ammianum §. 1. μηδὲ Διηγεσθαι τούτου ἀρχης Πλαθώνεται, ἐφ' οὐ τὸν ἑράκλειον Φιλέσιον δικαιορότερον διέτεινε τοὺς τοῦ Φιλέσιου επεργάτες, οἱ λογοῦ ἀρχῆ. Οὐ δέποτε Ἀθηναῖοι, οὐδὲ Ιστιοῦ θῶντες αἱ αἰτίαι εἰσι. — et ibid. p. 171. Εἰ δὲ τοῦ τοντοτελεῖον μετὰ τοῦ Φιλέσιου ἥδης λόγοι, οἱ ἀντιγράφαι Κακλάριχος θωρή Ἀλεξάνδρου, οἱ τοῦ δέκατον ἔκτου τάκτου. Οὐ δέποτε Ἀθηναῖοι, εἰς Ιστιοῦ θῶντες αἱ αἰτίαι, οὐδὲ οὐδεῖσι, δηλοῦ οὐδὲ διηγήσθαι καὶ λεπτοῖς καὶ τοῦ Λυσικράτη χαρακτῆρα ἱεμέμασται. ubi o contextu videtis hanc orationem inter Demosthenicas referri.

¹² Ita v. o. Longinus et Hermogenes. vid. infra nott. 30. et 31.

¹³ Quintilianus III. 8. 5. "Estne finitio apud Demosthenem: det Halonensem Philippos an reddat?" — Quae Quintilianni verba ita sunt comparata, ut ille non *modus* sed *modo alloromusque de Demosthenis dicto sequi narrationem* (v. not. 1.), sed ipsam orationem Demosthenis ante oculos videat habeuisse; quae alia, nisi bene de Halonese, quam legimus, esse non potuit. Quintilianni enim tempore dudem eundem, quae et hodie, non plures, existant Demosthenis orationes. — Aristides de dictione simpliciori p. 422. οὐ γάρ εἴτε σχρημάτων, διηγεσθαις διηγεσθαις γάρ οὐ εἰς, εἰ αἱ παραθετέουσαι παραπέμψασι τούτων —. v. notr. er. p. 165. 5. — Harporation sub vv. Βερύτου, Πατρία, σύμβολα. cf. not. 7.

¹⁴ Eustathius ad Iliad. p. 324. lin. posuit. (ed. Rom.) πάρισται δὲ Δημοσθένης καὶ Δημοσθένης, καὶ ζήτει πάντες τ. ερατ. de Hal. p. 174. 19. — idem p. 1015. l. 44. Δημοσθένης δὲ τοὺς πατέρας Ἀθηναῖς τὸν ἔμφαλον μέμνετο ετο. τ. ερ. de Hal. p. 176. 7. cf. not. 33. — idem p. 62. l. 4 καὶ Δημοσθένης οὐδὲ λόγοι που τῷτον θελεῖσσον, δη, εἰ πάρισται τὸν δῆμον τόντον ἀριστερά, λεψάμεθα, εἰ δὲ θέλουσι διεργάτας ἀντεῖσθαι τοι, εἰ λεψάμεθα. de quo Eustathii loco valet, quod modo ad Quintilianni verba montat. — Thomas Mag. sub v. σύμβολον: Δημοσθένης συμβόλων εἰδὼς δίους απαλόνες τρέψεις Ἀθηναῖος (v. ερ. de Hal. p. 168. 3.) καὶ πάλιν ἀμεινογόρων τοὺς συρπληγούσσας καταστῆσαι. (v. ibid. p. 167. 12.)

se sibi Demosthenes videtur,¹⁵ duo laudissima sunt exempla, orationis de rebus Chersonesi, que fere omnis iterum legitur in Philippica quarta, et Olynthia secunda, cajus major pars recurrit in Oratione contra Philippi epistolam.¹⁶ Quid multa? Hujus rei specimen et in nostra oratione occurrit, cajus non modo leviora quedam similiter in aliis legatur orationibus, v. c. p. 178. 8. δὲ τὸν χρόνον, οὐ οὐδὲντες καὶ οὐ βασιλεὺς οὐ Πατρὸς ἐπί-
γενερούς μαρτυρίαν εἶναι εἰτο. cajus simile habet Philipp. III. p. 114. 26. ed. Reisk. Χαροπόν, οὐ βασιλεὺς καὶ σάρτρος οὐ Ελληνική μαρτυρίαν ἴσχουσσην εἶναι: — sed etiam locis gravitate sententias atque sonamine illustris, nece verborum numero brevis, iuris legitur in ea oratione, quam nemo unquam dubitavit esse Demosthenis, hic, inquam, orat. de Haloneso p. 169. 14. οὐ
οὐδὲντες Θείων ζῆτες καὶ εἰ τῷ
ἴαντον πετρές, καὶ τὰς παρ' αὐτοῖς διαφέροντες
λαμβάνοντες οὐτεντες λαμβάνοντες, τὰ εἰκόνες
πελτῶντες: quae eadem paucis additis concurrunt in oratione contra Philippi Epistolam p. 157. 7. ed. Reisk. οὐ τὰς παρ' αὐτοῖς
διαφέροντες λαμβάνοντες εὐηγέρντες, εἰν-

αλογήντες Θείων ζῆτες, οὐδὲντες αἰσθάνοντες
πάντες καὶ τὰ τὰς πάλιν καὶ τὰ εφῆ αὐτῶν
μηδοῦ λάμπεσσιν πελτῶντες.¹⁷ Quid igitur?
dicas hoc easa factum esse? an Demosthenes aliena contra morem suum compilasse, et quae Hegesippus aut nescio quis multo ante dixisset, ea in suam inculcasse orationem?¹⁸ Quodsi dicas, grammaticum aut librarium illa petuisse alteri orationi effigere ex altera, primam hec per se parum probabilis est suspicio, quae si valerer, omnia fere possemus e media avulsa contenta veteribus eripere, tribuere resonioribus: deinde istiusmodi homo si locum transcripisset, accuratest etiam atque ita, ut ad ungaem respondeant, omnia repellisset, non ut ea nunc leguntur, mutatis pacisci atque additis. Quare hoo relinquitur, Demostheni arrisiatio ea, quae olim dixisset, dignaque esse repetiti via.

Restat, quem adversarii contra menent, ut ut refelleret studeamus. Et de argumentis quidem ex historia petitis utram non iterum eobis ambigua hominam sententias medie secteritas objecuntur! Nam quum auctor orationis de Haloneso pro-

¹⁵ Ita Demosthenes quandam imagines iterum iterumque adhibet verbis non metatis, ut Olynth. II. p. 24. 6. ed. Reisk. ήταν δὲ ἀρρεπότηρα τὸ συμβῖτον, πάντες λυόντες, καὶ μόνα, καὶ άλλα τὰ τὸν ὑπερβάντας ειδέσθαι, quae ad verbum repeatuntur in Orat. contra Phil. op. p. 156. 1. et in orat. de Cor. p. 294. 21. — similiter comparationem Olynth. III. p. 37. 24. ἡ τοῦ δοθέντος παρὰ τὸν λογοῦ στοίχον διδάσκοντος λόγῳ καὶ τοῦ διεθεωτοῦ, οὐτεντες λαμβάνοντες, τὰ εἰκόνες πελτῶντες: quae eadem paucis additis concurrunt in oratione contra Philippi Epistolam p. 157. 7. ed. Reisk. οὐ τὰς παρ' αὐτοῖς διαφέροντες λαβεῖν, μικρὰ καὶ φυῖα πράττοντας ἔτοις ἀττα γαρ εἰτο. cf. orat. w. στυράξ. p. 173. 22. sqq.; — denique Philipp. I. p. 43. 6. ή Σειληνός, εἰκόνι μοι, περιόδος; πεντάνοτος κατὰ τὴν ἀγοράν ληγεται τι λαζον; γένιτο γαρ ἀτ τι τὸν λαζόντον ή Μασαλίαν δηρετο. quae verbo nos metato iteranter or. in Phil. epist. p. 156. 10. et. cf. et Phil. IV. p. 137. 19. ἡμεῖς τὸν πεντάνοτον τι τοῦ οὐδα; τοῦ ὥραντος; et Olynth. II. p. 28. 26. ἡμεῖς μελάντων, καὶ φερόμενον, καὶ πενταμένον. — Nec non huc ii pertinet loci, in quibus, dicit non verba legantur eadem, at dicendi tamen et argumentandi ratio est simillima, ut orat. de Cor. p. 228. 27. τὸ γαρ συμμαχία σὺν περάστοντος γένοντος εῆ πάλιν; τὸ δὲ Σειληνός . . . ποιει πράττεις; τοῖς Κάλαν; πολλὰ πάλιν; τις ἀποτανεῖ πειχόνταις; τοῖς λεπτώνται; τι τὸν διάτονον σὺ χρέοντος γένεται; quibuscum compara orat. παραποτεῖ. p. 431. 29. αὐτοῖς γαρ ἵνται, τοῖς πράττεις, τοῖς σπραγαῖς, τοῖς χρέοις; τις λαυτηρία; τις εἰργόται; τις σύνειναι; τι τὸν διάτονον . . . γένεται πάλιν τὸν πάλιν;

¹⁶ Oratione Philipp. IV. tria loca repeatuntur ex illa de rebus Chersonesi, huc: Phil. p. 134. 5. — 136. 7. ed. Reisk. ex or. de r. Chers. 99. 9. — 101. 3. deinde Phil. IV. p. 137. 6. — 138. 23. ex orat. de r. Chers. 101. 11. — 102. 21. denique Phil. IV. p. 147. 11. — 150. 5. ex or. de r. Chers. 104. 1. — 106. 20. — Olynthia et II. autem tres plagiellis integræ (p. 22. 2. — p. 25. 22.) ita sunt in orationem contra Phil. op. (p. 154. 16. — 157. 27.) translate, ut in sententiarum ordine et nexus feso nihil, in verbis panca diseruent.

¹⁷ Sententiam ai spentes, conferri potest Or. de Cor. 241. 8. ed. Reisk. συμβίσ-
ται . . . τοῖς τέλλας πλην λαυτοῖς οὐρανοῖς πελτῶντος λαυτοῖς πελτανόντος ξεῖνος θα. Nec dissimili est ibid. 332. 13. τὸ μὲν πλην πελτανόντος λαυτοῖς πελτανόντος, ζεῖν τοῦτο ποιῶν.

¹⁸ Oratio enim contra Phil. epist. habita est Ol. CX. 1. Theophrasto archonte, ante Christ. nat. an. 340. huc autem de Haloneso, ut ante diximus, Ol. CIX. 2. hoo est, tribus annis ante. v. Taylor. in Schedis vol. I. p. xxxii. cf. Corsini Fast. Att. tom. IV. p. 34. et 37.

sicutur (p. 175. 17.), se Callippum παράμον accusasse, quod tulisset, Chersonesi quandam partem esse Cardianorum, non Atheniensium: Libanius narrat, non Demosthenem, sed Hegesippum accusacionem illam instituisse; quo patre, bujus, non illius nostram esse orationem.¹⁹ Sed quibus id narret freats argumentis, quibus testibus, non dicit; decipi igitur potuit. Qui error quo facilis excusat, age concedamus, Callippum ab Hegesippo fuisse accusatum: at potuit alia in causa ab eo accusari; potuit et in eadem illa, sed ita, ut Demosthenes libello exhibito causam institueret, Hegesippus autem oratione habita partes accusatoris perageret.²⁰ Sed nolo halucinari in explicando Libanii errore; satis est patere, quot modis igni error iste poterit.

Duo sunt præterea res, quæ, si apparet, nihil essent dubii reliquæ: nimur si constaret Demosthenem aut legis de pacis formula mutanda, aut responsi ad Philippi epistolam hoc oratione commemorata fuisse auctorem. Noster enim orator et illam legem se dicit tulisse (p. 171. 10, 18. cf. p. 170. 2.) et de hoc responsu jam se ad populum esse laturn profitetur (p. 176. 9.). Sed neutra de re, in tanto veterum silentio, quidquam pro certo potest constitui.

Quare, quoniam historiæ documenta nos descoiunt, age de orationis *indole* et *dictione* videamus: quæ anops et lubrica est disputatio; nam ad sensum fere cuncta referuntur. Itaque Libanius omnino quidem affirmat, dicendi genus omnemque orationis conformatio[n]em languidam quandam sibi videri ac dissolutam, et a Demo-

sibenis ingenio abberrentem;²¹ sed singularia, quæ maxime displiceant, non commemorat, nisi unum, de quo deinde videbimus. Atque, ut verum fatear, mihi quoque, universam si specie orationem, simplicioris illa et sedatioris ingenii videtur, ne tam Demosthenem indigna. Namque, ut Photius recte monet (v. no. 8.), oculi fere scriptores aliquando paululum a semet disrepant, seu casus seu rei ratio ita tulerit. Maxime autem hoc fit in oratoribus, ubi permultum interest, quo tempore, quibus audientibus, quæ de reddant. Mirum igitur non est, si Demosthenes, quam tot de rebus tamque inter se diversis intra mediocre sine dubio temporis spatium diocendum esset, non tam concina potuit uti orationis descriptione, nec tam libero sententiarum illustrum verborumque gravium devolvi flamine.

Huc accedit, quod in his, quæ leguntur a nobis, non audiuntur, orationibus multo plus interest, quomodo esse conscriptæ sint, quam quomodo habite. Nam non modo in his orationibus, quæ a scriba potius exceptæ, quam ab ipso oratore consignatae videntur, multa facili potuerunt corrumpi, sed ipsi etiam oratores vel negligentius sua literis mandarunt vel diligentias poliverunt atque exornaverunt. Quare, siue de Cicerone constat, euse orationes publice habitas deinde a foro regressum domi sum esse commentatum, idem de Demosthenes dubium non est. Nam et multa leguntur apud Demosthenem aliiter scripta, quam habita fuerant,²² et quæ leguntur, pro commentandi diligentia sunt inter se diversa.²³ Potest igit-

¹⁹ Liban. in arg. or. de Hal. κατὰ Καλλίποτου τοῦ Παιανίων φωνὴ ἐπὶ τὴν λόγον γεγραφὲς δειπνοχήν τι γράφει παρατίθεται. φαίνεται δὲ οὐχ ὁ Δημοσθένης, ἀλλ' ὁ Ἡγέσιππος τὴν κατὰ τοῦ Καλλίποτου γραφὴν διετηράμενος.

²⁰ Itaque Hegesippus non γράφει διετηρούσας (διετηρύκαι, γράψασθαι), sed διῆρξ (κατηγοροῦσι) dici debebat. Sic, ut exempli in vulgus noto utiamur, Socratem, ut refert Max. Tyr. Diss. 9. Μάλιστος μὲν ἡγράφατο, Ἀντοῖς δὲ εἰσήγειται, Δίκαιος δὲ ίδεις.

²¹ Liban. l. 1. p. 164. 6. ὁ λόγος οὐ δεῖται μοι Δημ. εἶναι. διλοῦ δὲ ἐπὶ φράσις καὶ ἐπὶ τῆς συνδίοντος ἀρμονίας, πολὺ τὸν Δημοσθενεὸν περιγγὺα τύπον, ἀνιμέτι τε καὶ διαλεκτικόν παρὰ τὴν ἰδιαί τοιν τοῦ μήτορος.

²² Ita Εἰσχίνης commemorat quedam ex Demosthenis oratione παραπομβή, de Dionysii et Εἰσχίνης similitudine (Εἰσch. or. παραπ. p. 194.), de mulieris Hieremess somnio (Εἰσch. ibid.), de Satyro, qui captivorum quarundam Atheniensium libertatem a Philippo impetraverat (ibid. p. 321.), quarum rerum nihil legitur in Demosthenis oratione παραπομβή; unde Hier. Woldius recte conjectit, Demosthenen judicii eventu edictum quedam mutasse, quam orationem literis consignaret. Idem Demosthenes novas quedam et inauditas dicendi formulas, quæ monstra et portenta orationis vocat Εἰσχίνης (orat. in Ctesiph. p. 555. sqq.), magna ex parte ipse videtur ex orationibus suis excuspaluisse; neque erat, quod miraretur Dionyssius Hal. (επὶ Δημ. διη. p. 197. ed. Sylb.) se nihil ejusmodi legere in illa oratione, quæ existarent, Demosthenis orationem. Quamquam fateor, multis ejusmodi instationes non ipsi Demostheni, sed criticis veteribus esse tribuendas, qui quam in ceteros tam in nostrum perniciose furoro sunt grassati: de qua re Hermogenes p. 317. hinc, inquit, διὰ τὸ ἔγα τίττεις ὀβληστρεῖς τινες ἴστησιν, λοις ἄρδες τριστῆς εἰσι.

²³ Ita orationes παραπομβή; et in Midiam, quæ merito egregia eloquentia. De-

tur fieri, ut Demosthenes hoc, quae de Haloneso et de ceteris rebus ista occasione ad populum erat locutus, minus diligenter domi notaret, in eoque res magis quam dictioem spectaret. Quo posito nos neque armamenta cuncta dicendi hao in oratione desiderabimus, et illud vitium, quod paullo ante commemoravi, excusabimus. Namque orator, quem professus esset, se primum ad epistolam Philippi, tum ad legatorum sermones responsorum (p. 165. 8.), tamen, de epistola illa postquam peroravit, statim transit ad legem ferendam de responso ad literas illas legatorumque sermones dando (v. not. 2.): sive quod Demosthenes refutata Philippi epistola simul etiam legatos quodammodo refutasse sibi videretur, sive scripto illo responso cuncta esset comprehensurus, sive alia denique causa finem imponere orationi juberet. Qued quum in habenda oratione accidisset oratori, necessario et in conscribenda accidit, siquidem omnia sic, ut in concione dixerat, lima non exhibita, exaravit.

Ne vero tamen Demosthenes unquam adeo suam deponere personam, alienam induere potuit, quin semper nativa ejus virtus emineret. Emicat illa vero ex hac ipsa, ni fallor, de Haloneso oratione. Multa insunt egregia, multa ejusmodi, que et gravitate atque acuminis sententiarum et novitate dicendi non modo apta sint oratorum principi, sed ejus veluti propria. Dignum Demosthene illud est (p. 166. 19.): "irridet vos, nihil aliud, de insula jubens litigare cum isto, qui navem Pella solvit:²⁴ vestra enim opes, liberatrices Graecie, si maritima loca tueri nequeant, tum vero continente universa ultra deceditis." Dignum et illud p. 169. 6. "mari aient cum nihil egere; at iste, nihil videlicet mari egens, tritemes ornat, navalia condit, classes emittere pa-

rat, impensaque non parvas in maritimas facit pericula, præ quibus cuncta contemnit." Pauloque post p. 169. 14. "quos homines non pudet Philippo, non patrie sunt, vivere; qui domestica dum vendunt, domum suam Philippi se dona deferre opinantur." Tum p. 172. 24. "Pheras cepit, praesidiumque arci imposuit, ut liberi videlicet Phœnici essent; Cassopites urbes, Pandosiam, Bucheta, Elatiam exustis agris vexatisque oppidis Alexander, affini suo, tradidit. Non illa egregie liberos cupit esse Graecos!" et p. 173. 17. "hinc literis magna se in vos beneficia predicit collatrum. Beneficio haec erunt: nec vestra vobis reddet, neque in terraram orbe, quod donet vobis, invenietur: sed alia quædam regio, alia terra, ut videtur, comparent necesse est, unde nobis aliquid sit daturus." Denique p. 174. 7. "Captivos reddidiisse omnes dicitur, in qui Caryatum, hospitem reip. nostræ, quem effagitatur tres ad istum legationes missimus, talem virum tanto opere cupiit nobis condonare, ut occiderit, et ne se pulularit, quidem justam concesserit!" — Sed parco plura congerere: haec enim ipsa, quæ excepisti, licet non per se demonstrent, a Demosthene haec necessaria esse profecta (nam et alias auctæ graviterque potuit scribere), at hoo tamen ostendunt, minime indignam illo auctore hanc esse orationem.

Similis, ut sententiarum, ita dictiois et verborum est ratio. Multa enim ex hac oratione possum commemorare, quæ verborum vel usu vel collocations aut propriæ esse Demosthenis, aut frequentius apud illum, quam apud ceteros, videantur occurrere: cuius generis est v. c. transpositio ista verborum, ubi casus ab adjectivo aut participio pendens, ab eo disjungitur, interposito substantivo;²⁵ deinde usus pleonastico pronominis demonstrativi, aliis

mosthenis monumenta censerunt, tamen non sunt omnibus numeris absolutæ, neque ea diligentia, qua v. c. orat. de corona, perpolite, sed rudes quodammodo ex auctoris videntar commentatoris excidisse. Photins p. 1468. (ed. Hoesch.) μάλιστα ἡ κατ' Αἰσχίνου λόγος παράρχειν αἱρεῖται ἐν ἀναφοράς καταλημέθιδαι, οἵποι τῷ ἔργοισι ἀποικίας τελαῖαν δύσται· παρέδινται, ἥπερ οὐκ ἀπετίθεται ὃ ἕπεται τοῖς ἑξέτασις ἀπριβωτέραις τῶν λόγων λόγους καταστάται. Et paulo post ibid. ἡ κατὰ Μαΐδου καὶ κατ' Αἰσχίνου λόγος αἱρεῖται τοῦ αὐτοῦ κατὰ πάντα ἀρετὴν τῷ Δημοσθενῆ συνδιαστάσθαι χαρουπήρι. καὶ γάρ ἣ τοῖς δυοῖς τούτοις λόγοις εἰς διαλεκτικῶν σπὸν τοῦς αὐτοῖς ἄνθρωποις ἐπιβάλλονται, ἀμφιλαϊσθενεῖς εὑρὲται πάντας ἔντονες δοκεύμενοι ἀλλ' οὐκ εἴ τοις αὐτοῖς ἀγωνίζεσθαι τοῖς ἔργοις, διὸ καὶ την̄ ἔφοιται, ἐπέτηρος λόγος ἣ τίτος καταλιψθίναι, ἀλλὰ μὴ την̄ ἔποιται διακαπάθεσθαι.

²⁴ ἢ τὸν ἣ τὸν Πάλλης ὄρμασμαν, contamini. Similiter de Philippo Demosthenes in or. de cor. 247. 16. ed. Reisk. ὃ ἣ Πάλλην πραφεις, καρψίᾳ ἀδίξει τέτοιο γε ὅππι καὶ μικρό, et in or. contra Phil. epist. 158. 5. ὃ ἣ Μακεδονίας ὄρμασμαν. Idem de Alexandro-dioecbat: ἀγαθῆ τὸν Πάλλην πειρατωπά, teste Esch. or. in Ctes. p. 547.

²⁵ v. hoc orat. p. 169. ult. τὸν καταψευδόμενόν τούτον πάντα πρώτον, i. e. populis citam, quod mentiebatur contra legatos: cf. v. c. Philippicam II. p. 67. 22. ed. Reisk. ὃ προσεύστα ἀδεξία τῷ πράγματι: de reb. Chers. p. 95. 4. τὰ περιστά πράγματα τῷ πόλιν de corona 301. 27. ἡ καταληπτὸς κύριος τῶν πόλεων ibidem 257. 29. τὰ περιγραμμένα καὶ τὴν πόλιν: et ibid. 294. 8. Ἐπειρὶ δὲ ἣ φυσικότες καὶ δυσμενίστατος ἀνθρώπος ποιάται τῇ

scriptoribus non ignotus, Demostheni tam en longe frequentissimus;²⁵ cum via ironica particuisse *yē*, illis maxime locis, ubi aliquid cum exclamatione et risu antecedentibus significatur;²⁶ denique illorum quorundam verborum divulgando formularum singularis quedam significatio Demostheni pro ceteris dilecta, ut ἀφαιρέσθαι τινὲς τὸν λόγον (p. 165. 15.) i. e. refutare, que aliquis dicit;²⁷ — ut παραχρέσθαι: (p. 166. 5.) i. e. detinere, quod verbum noster, sicut et ἄκρως, ab athletarum artibus petitum, ad fraudes atque, ut ita dicam, suppliantes oratorum solet transferre; — ut διστίν τὰ τινες (p. 166. 6.) i. e. clam alacryus res tueri; — ut μάρτυς διοῖσι τινες (p. 168. 12. 169. 7.) i. e. nolle, recusare aliquid; — ut alia multa in hoc oratione obvia, quae Demosthenes ceteris in orationibus tam orebro usurpat, ut in fatis tanquam in possessione sua videatur dominari. Sed isto in his congerendis multis esse. Nam alii quoque oratores ea ipsa, quibus Demosthenes delectabatur, et potuerunt adhibere et nonnunquam adhibuerent. Verumtamen parvula ostia huc styli Demosthenei vestigia tanquam in omnium vindicent accedere illis, que ante proposui, argumentis.

Quodsi quis objiciat, occurrere etiam in hac oratione, que alias apud Demosthenem vel omnino non legantur, vel non hoc significatione, ut *ἰωμαζλα*, *commercialia* ha-

νεται, τοῦτο κατανοει, ξύρανοι: ubi jungendam θεραπειαν. τοῦ τρόπου, κατότια κατοικη, praesente cod. Adag. 1., delendum.

²⁵ v. hac orat. p. 169. ult. τὸν καταγ. γέμοντα τ. πρότιβ., ταῦτην ὑπὲς χρηστόναις, et p. 174. 8. δὲ τὸν Κρήτον . . . τοῦτο τὸ δέδητον: οὐδὲ σφόδρα ὑπὸ λέσχηστο χρήσιμος: cf. v. c. orat. in Aristogit. I. p. 775. 10. ed. Reisk. τοὺς δέ τοι τοῖς λεσχαῖς δέδητος, τούτος, δόψις: δῆτι ο. ο. et orat. de cor. p. 242. 5. ἡ μάρτυρις φυλάττει . . . τοῖς σημερινοῖς ετοῖς; similiiter ibid. p. 245. 2. et p. 260. ult. et or. in Midas 522. 20. et sepe.

²⁶ vid. hac orat. p. 173. 2. σφόδρα γε βούλεται τοὺς "Ελληνας διειδέργεις θεος" of. Philipp. III. p. 128. 2. ed. Reisk. καθηγει τοι εποιει λεσχαίσθασιν "πλευτὸν χάρην" et orat. παραχρέσθαι. 421. 1. ἀξέν γε (οὐ γέρε) ἐν ζήτειοι αὐτῷ μαρτυρῶσι. Cf. et orat. de corona p. 257. 10. et hac orat. p. 53. 26.

²⁷ Sic orat. Philipp. III. p. 114. 9. ed. Reisk. καὶ γέρε τὸν μελετήσαντος εἰ . . . δὲ τὸν παρ' Ιωνῖνον μεταδορόταν τοὺς λόγους: ἀφίλοτο, et or. παρεπ. 457. 15. τοῦτο τὸν μεριτήριον, τοῦτο τὸν παρέποντα τοι τοῖς παρέποντας: τοῦτο διαφέρεται τοις ἕρεσιν; — In ceteris vero morari. Exemplis τοι quis eret, vel Reiskei indices copiam eorum supponeret.

²⁸ Eustathius arg. or. de Hal. p. 164. 8. καὶ μὴ μαλακὴ τοι σίνης μέσθιον μεριτόν τοι τῶν τῶν τὸν λόγον εἴσερη . . . φοβίστα. ὁ μὲν γέρε Διπλούσθεν: εἰσθι τοποθεσία χρήσιμη: τοῦτο δὲ θέμει λοιποί καὶ λεσχαίσθασιν λεσχαίσθαι. πέτλαια δὲ εἰσθι διπλανούστη κατὰ τὴν προσειδα. πρέπει δὲ τούτον καὶ εἴσθε τοι τοῖς προτεροῦσι ήγει τοὺς διθράσκους τὸν πυκνόφατον. (Aliqui odd. habent εἴσθ. τὸ τοπίον τοι τοῖς ετοῖς; loge εῦ. τὸ πρόσθιον τοῦτο; τὸ τοῖς ετοῖς, ut patet, unde istud πρόσθιον τοι εἴτε oratum.)

²⁹ Longinus περὶ ὑπέρβολων ed. Mori p. 310. in capite περὶ ὑπέρβολων, init. * ετοι καὶ τοιαῦται: ει μὲν τὸν πυκνόφατον τοι τοῖς ετοῖς: λεσχαίσθασιν φορέστα, quea verba Tofilius (tauò ed. p. 202.) ita verit: Sed et illa serpe pericolo proximo sunt etc. Insomnis supplicia est lacuna: λεσχαίσθαι καὶ etc. Per totum enim caput hoc decet, si uero in hyperbole esse querendam, fugientem deservias. Quotquam igitur Longinus dictum istud non videatur probare, tamen inde neutrum sequitur, Demosthenes illa esse enim non posse.

ώντα (p. 168. 7.) et διελέγεται, expellere (p. 166. 2.) ne ego miror istos, qui pro auctoritate pronunciantes, "hoo non est Demosthenis, non Ciceronis," obliviscuntur, primum, quam multa illi in scriptis hunc desperitis usurpare videantur, deinde, quam multa, si vel nunquam dixerint, poterint tamen dicere.

— 23. τι — ἤχθετο ἔχωνται] Eadem fere verba infra occurunt p. 296. 25. atque citantur in loco ssepius laudato de Rhod. libert. p. 192. 4. sqq. Habet fere similia Isocrates Mart. p. 681. τῶς εἰδὲς Ναύας — πρέπει ταῖς ἵναρχεσσιν ἤχθετοι ἤτρέους διάφορους ποιεῖσθαι; AMERSFOORDT.

— antep. ὀμολογοῦνται] Dionysius Halic. l. c. ad p. 180. 27. ὀμολογοῦνται. Sed nostra scriptura aliquanto gravior. qui ipsi fatentur, scilicet se hostes esse. SCHAEFER.

— pen. παρασκευαζόμεθα — δημιουρία] Cod. Bekk. παρασκευαζόμεθα — δημιουρία. Legam: παρασκευαζόμεθα — δημιουρία. IDEM.

— ibid. παρασκευαζόμεθα — πρός τούτων] Apud Thucydidem II. 20. cum prepositione σίς jungitur hoc verbum: παρασκευαζόμενοι εἰς πόλεις. AMERSFOORDT.

— ult. μή γε] γε bene delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 286. 2. οὐκ ἡδίας — ἔχονται] V. not. ad p. 283. 11. Bene Grecum ususque frequentis ἡδίας ἔχων τινά: non Grecum ἡδίας ἔχων τινά, quod Machonis fragmento ap. Athenaeum intulit Leesnepius ad Phalar. p. 332. a. IDEM.

— 3. ὅτι νὸς Δῆλος πόλεωντας κ. τ. λ.] Est hinc ἴσηφερά. Itaque Reiskius, quem Amersfoordtius secutus est, post αὐτοὺς perperam posuit signum interrogandi. Muiavi. IDEM.

— 4. αὐτοῖς] Post h. v. Bekkerus plene interpungens sequentia sic continuat: αὐτοῖς δὲ οὐ προσέσθι τοῖς τοῦ Διὸς αἰεῖσθι τοῖς; Verissimum. Jam appareat, quam vanus fuerit conjector Reiskius, cum et si uero post τοῦτο addendum censeret, et οὐκ ante οἷμα ipse adderet. IDEM.

— 5. δὲ] à malit Boissonas ad Aristotel. p. 209. IDEM.

— ibid. οὐκ οἷμα] Negationem Reiskius rootissime de suo addidit. Si omissa fuerit, nullus idoneus sensus verborum reperi potest. AMERSFOORDT. Negotiationem Bekkerus rootissime delevit. V. not. ad v. SCHAEFER.

— 6. ἀλλ' οὐκοῦ μάζαν κ. τ. λ.] Vide, ut varia vibiam sequatur. Cum enim Reiskius non vidisset, τῷος συντίτιον v. 10. commentus est ἀλλογενοῦ quiddam, quod frustra excusat contentio orandi. Nuno, superioribus a Bekkerio reote distinctis, hec antecedentibus junguntur λογιστήτα. IDEM.

— 7. ἀλλ' οὐ] Legendum est οὐδὲν οὐδὲν ἀλλ' οὐ, nihil aliud nisi. Hoc scribitur pro οὐδὲν ἀλλ' οὐ. Recte vertitur nihil plane, proposita. Vid. Hoogeve. ad Viger. de Idiotism. p. 439. Ssepius confunditur cum οὐδὲν ἀλλ' οὐ, hoc est ἀλλα οὐ, præterquam,

quod monuit jam idem Hoogeve. de Partic. L. Gr. p. 4. et fusius p. 32. Cf. etiam Matthiæ Gramm. Gr. p. 903. Manifestius apparet δὲ apud Demosthenem c. Marcartat. p. 1066. 12. οὐδὲν ἄλλο — ἀλλ' οὐδὲν ἄνωπρονθαι εἰσιτεῖ, οὐδὲ οὐτι —, ubi Reiskius male habet ἀλλα. et c. Phœnipp. p. 1047. v. ult. οὐδὲν ἀλλο πατεσσούσες οὐ —. Inverso ordine habet Thucydides III. 14. ἀλλο οὐδὲν οὐ οὐ γε ἴμαράχων. Hoc item ssepius occurrit, sequente πλέον. Exempla attulit Matthiæ l. c. quibus addit Isocratem Panathen. p. 437. οὐδὲν ἀλλο πάρτωτας [Lacedemonios] οὐδὲ θεολαμένους, οὐλοὶ θεῶν μάλιστα μὴ ἀπέτοντα δεῖνοντα· εἰ δὲ μὲν Παλαιοτοποιον, et sine ἀλλο ibid. p. 405. οὐδὲν ἔχει τυκαῖς, οὐλοὶ θεῶν Hoogeveen. de Partic. L. Gr. p. 1061. monet, οὐδὲν ἀλλο πλέον επιπερι, quem de multitudine vel plenitudine quid negatur. De alia formula οὐδὲν ἀλλα οὐ cf. idem Hoogeveen. ad Viger. p. 438. Legitor et apud Demosthenem p. Phœn. c. Aphobum p. 847. init. ex emendatione Reiskii: οὐδὲν τετράμενοι διάκονοι [τινὰ μαρτυρίαν] ἀλλ' η ταῦτα. Ita et c. Panten. p. 982. 1. μαστίθαι, μέντοι τινάς [sonorantes ac numularios] εἰλέταις ἀν ιφ' ίμων, οὐ τέχνη τοῦ πράγμα πεποιημένη μέτρα συγχρόμει μόντι ἀλλοι μηδεὶς εἰσιν ἀλλα οὐ τοῦ πλάνος. quorum verborum posteriorem partem recte interpretatus est Reiskius ad h. l. et in Ind. v. οὐται: qui neque veniam [misericordiam] neque quoiquam aliud current preterquam questum; subauditio δοῦλοι vel λεπτούσια, cum quo loco quoad sensum convenit aliis c. Macart. p. 1073. 18. ἴδιαν κύριαν, οὐδὲν αὐτοῖς μάλιστα τοῦ πλάνοςτον. Sine negatione occurrit interrogandi significatio. Hezychius: Ἀλλα τοι ἣ πρότροπος Ἀττικοι. Atque est etiam ita, ubi legas ἀλλα τοι οὐ; nonne οὐ? Cf. Matthiæ l. c. p. 675. Vigerus p. 152. qui tamen male vertisse videtur locum Herodoti II. 14. ἀλλα τοι οὐ δι τοῦτο οἰκότες; Αλλοτριοί τινέσσιοι; numquid Ἑγύπτιοι — fame laboraturi sunt? Verte: nonne Ἑγύπτιοι — fame laboraturi sunt? Alii est significatio, si scribatur οὐ ἀλλα οὐ. Thucydides V. 98. οὐ ἀλλα οὐ τοῦ ἵναρχεσσι λέχθοις μεμαλίστε. AMERSFOORDT. Nostro loco similibusque nihil quidquam interest, ἀλλ' scribas an ἀλλα. Sed aliorum locorum eorumque non paucorum ea est natura, ut aversentur ἀλλα solam admittant ἀλλα. Orthographim igitur constantia poscit, ut posteriore rationem ubique sequamur. Scilicet linguis assis cum praefixa easset ab ἀλλα οὐ, mox ab etymo ita deflexit, ut immemor originis solam formam ἀλλα οὐ agnosceret. SCHAEFER.

— ibid. παντούσιαν] Veritatem Reiskius in Ind. incassum garris. Loco autem, quem illos retulit, c. Aristot. I. p. 770. 14. ed. Reisk. additur μάττη, quod se-

tandum videtur. AMERSFOORDT.

— 9. ἡμέτερος] Recte dedit Reiskius. Verendum: si es, qua nos putamus instare, [bellum pati cum Persis] revera fuit, tunc est. IDEM.

— ibid. τελικούτων — λογίας —] V. Mellet. Crit. p. 71. SCHAEFER.

— 10. ἡμέτερος] F. ὅρθι χλίδιας ὑμῶν Ιωνίας. In vulgarata et ἡμέτερος habet quod displiceat, nec particula sua loco posita est; requiras enim verba sic structa: Ιωνίας μὲν χλίδιαν. IDEM.

— ibid. Ιωνίας] V. not. ad ἡμέτερον v. 10. IDOM.

— 11. τριπλοσίας] Krügerus ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 210. “ἰωνίχειος” — potest abesse, cum facile ὄντας subaudias. V. not. ad ἡμέτερον v. 10. IDEM.

— 12. δέσμωτος] Nihil nec subaudendum neque addendum. Nos quoque simpliciter: gute Worte geben wird. Sic δέσμωτος v. 13. et δέσμωτος v. 15. IDEM.

— 13. ἵν μὲν τοῦ καλοῦ — ἀφαναρτοῦ] Immo hec quoque coherent cum verbo λογία, quod sicut periodum. Monuit etiam Krügerus ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 210. IDEM.

— ibid. τὸ δέσμωτον] Posterior implorandi notio hic unio vera est, et ipse tenet Reiskius ad v. 23. rogantes a vobis protagi — ἵν μὲν τοῦ καλοῦ ἵδι τὸ δέσμωτον, καὶ μὴ τύχης, ἀφαναρτοῦ. si Graecorum apem imploratis, nascitur exinde vobis, ut ab aliis auxilium petatis; quod si frustra imploraveritis, accidit vobis, ut hac petitiones decidatis frustra rogetis. Similis prorsus consilii auctor fuit postea Atheniensibus Demosthenes, uti legatos ad Thebanos mitterent, qui eos contra Philipum suscitarent, Orat. p. Cor. p. 287. 24. ed. Reisk. μὴ δέσμωτον θεατῶν μάδιν αἰσχρός γέρε ὁ κακός ἀλλ’ ἐπεγγόνας δε βουθίσσοι, ἵν μὲν καλούσσοντο — ἵν μὲν δέξονται ταῦτα καὶ συνθῶσσον ἡρώιν, καὶ Ἀνδράσσοντο δέμητας διεπικέντρον, καὶ μετὰ προχήματος ἀξίου τῆς πάλαις ταῦτα πρέξαμεν, ταῦτα δέ μη συμβῇ πατατοῦσι, ιστιν μὲν δέσμωτος ἡγαλλοῦσι. ἂν τι νῦν ἔχαμέρωσον, ἥπιν δὲ μαρτίου αἰσχραγμάτων κ. τ. λ. Neque aliter Phil. III. p. 129. 5. ταῦτα δὲ πάλαις αὐτὸς παρασκεύασμα καὶ ποιήσας τοῖς Ἐλλησι πατέρες τοὺς ἀλλούς ἵδι παρακαλέμεν. AMERSFOORDT. De v. δέσμωτον v. not. ad δέσμωτον v. 12. SCHAEFER.

— 14. ἀφαναρτοῦ] Ἀφαναρτοῦ qui potuerit probari Krügerus l. Dionys. o. nos perspicio. IDEM.

— ibid. ἵν μὲν μετὰ τοῦ κ. τ. λ.] Per vellem Krügerus in not. ad h. l. absoluisset Thucydideo II. 43. ubi unio prebandum ἵν τῷ, quod etiam Bekkerus super dedit. IDEM.

— 15. Ιωνίχειος] Amersfoordtius ele-

gastora dicit conjectaram [sc. Ιωνίχειος] neque tamē huic loco necessariam. Miror Reiskii, multo magis etiam miror Amersfoordtii judicijam. Ιωνίχειον enim tam recte habet, tam unice convenit loco, ut alterum illud sit longe ineptissimum. Ιωνίχειον, qui escere, nihil amplius satagere, sed καρδιανοῦ τὸ μέλλον. IDEM.

— ibid. δημάτους] V. not. ad δέσμωτον v. 10. IDEM.

— 19. σιγῶν] Non opus videtur hujusmodi [sc. Reiskii] emendatione. Expli- cari potest: conatus sum inventre rationem explicandi vobis meum mentem, que neque audacie speciem p̄re se ferret, neque vobis longior adeoque ingratia auditu videretur. Sic optime conveniet siquid cum seqq. πολλὰ πρόχριτα Ιωνίχειον. Reiskium in errorem duxisse videtur, quod λόγῳ vertet hanc quam vobis fero legem, hunc quem vobis habeo sermonem. AMERSFOORDT. Reiskius in Ind. Griseit. p. 259. vulgam non sollicitans recte vertit communisci, melitando extundere, citataque p. 292. 8. et 494. 26. ed. Reisk. ubi eadem est locutio. SCHAEFER.

— ibid. τὸ μάτιον παρασκευὴ — σκοτῶν] Ordo hic est: πολλὰ πρόχριτα Ιωνίχειον τὸ παρασκευὴν, δημάτης —, multum occupatus fui considerando, quomodo, quantum fieri posset, optimā et celerrime bellī fieret apparatus. Sic sepe Graeci pro σκοτῶν, δημάτης ἡ παρασκευὴ —, quod multi pridem docuerunt. AMERSFOORDT.

— 21. σόμαι] Sic Reiskius fere ubique dedit pro σόμαι. De permutations horum vocabulorum v. C. D. Beckius ad Demosthen. Or. de Pace p. 46. 53. ed. Reisk. et ipse Reiskius praefat. ad Demosth. vol. I. p. cxxi. 6. IDEM.

— 22. πρόσθισται] Alii Codd. πρόσθισται, quod praferendum videtur. Aoristo hic quidem locus idoneus esse non videtur. Cf. Matthiae Gr. Gr. p. 691. §. 497. et p. 698. §. 501. IDEM. Immo aoristo hic locus maxime idoneus est: nec Matthiae disputationem Amersfoordtius videtur satis diligenter legisse. SCHAEFER.

— pen. δέστη γέρε — ἡμῖν δύναται] Similia legas in Xenophontis Cyrop. II. 3. 3. quem Demosthenes h. l. secutus videtur Bakio ad Cleomed. p. 425. Non assentior. Talia enim imitabantur umbratici homines temporum ceterorum canticisque Graecitatis, servum pecus imitatorum, non veteres illi heroes rerum hominumque usa exercitati: ut qui in hujusmodi locis agnoscunt vestigia imitationis, dum ostentant doctrinam, capitibus ingenii magnam facere injuriam videantur. IDEM.

P. 287. 4. πρέξεων] Τὰ δέσμωτα pepto a Dionysio additum: simplex enim πρέξεων

medias respondet simplici *σύμμορος*. Se-
pius autem *σύμμορος* et *συγκέντρων*, ut synonyma
ponuntur, quo varietur oratio. Sic p.
114. 20. καὶ τὰ τοῦ πράττου τι ἔργα; ;
p. 115. 5. καὶ πῶλος οὐ πράττει μητὸς
δύναμαις πολλήρα. Quid quod ambo jun-
guntur, non tanquam diversa verba signifi-
cationis, sed ut oratoria abundantia aures
implant? Sic p. 245. 27. οὐ πράττει τὸν
ἔλεγχον πράττειν καὶ τοσούς τὸν πόλεαν. quem
locum, Boissonado monente, videtur re-
spexisse Tiberius p. 53. ubi que de tali-
bus pleonasmis et a Technico et a Bois-
sonado traductarunt, compone ova nota ad
p. 99. 8. IDEM.

— 5. *παρεξημένων*] Absolute, ut hic,
legitur apud Demosthenem c. Everg. et
Mnesib. p. 1124. 37. ed. Reisk. à *παρεξημένων* ἵπται ήσθι, exacerbatum propter
aliquid, quod nostrum uterque amat. Alibi
invenitam cum πρέπει. Isocrates Arobid. p.
237. *παρεξημένων* πρέπει τὸν πόλεαν. Η-
schias c. Timarch. p. 35. med. *παρεξημέ-*
νόντος δὲ πρέπει τὸν περίγραμμα. et ova lvi. Isoc-
rates ad Philipp. p. 141. οὐτα μὲν γὰρ
παρεξημένοι τοῖς τούτοις. item omissio
πρέπει vel lvi. Isocrates ad Philipp. p. 175.
τίς εἰς ἀ — παρεξημένοις πολεμεῖ πρέ-
πει αὐτῷ. ad Demon. p. 16. οὐτα δὲ μά-
λιστα βελτιστοῖς παρεξημέναις. Parathen.
p. 415. τολλάντι παρεξημένον γράψειν. Thu-
eydides I. 67. τοὺς ἄλλους λέγοντες πρέπει
παρεξημένους λαξεδαμανούς. Plus notat
quam παρεξέντων, ut paliothē Demosthenis
Serm. Amat. p. 1415. 21. τραύματος τὰς
τυανάτου παραπλήσιας τοὺς μὲν ἀγωνίας
προσέρχεται, τοὺς δὲ ἀλλοιας παρεξέντων. item
que plus quam ἴωτροιν. Thueydides
I. 84. τοὺς τοῦ ἱεροῦ διεπράσσοντας ἡμέ-
τροι τὰ διπλά πρέπει τοῦ διεπράσσοντος τοῦ
τετράπλευρος ἡδονῆς, καὶ ἐν τοῖς ἡραῖς τοῦ κατηγορίας
παρεξέντων. Σ. τ. Δ. AMERSFOORT.

— 6. τοὺς διακοπῶν καὶ χιλιῶν] Quo
laconientis totius legis ambitus patet,
quam tulit Demosthenes, habuit hic pri-
mum eam universam Latinis verbis exse-
qui, quo peracto ad singularium interpreta-
tionem accedamus, multa tamen ad partem
hujus Disputationis alteram, qua tota sym-
moriarum ratio apud Athenienses expli-
cabitur, dilatori. I. Numeros symmor-
tarum, quia identidem immunitus erat,
neque adeo hæc tempore plenus existebat,
assumendo alios ex ditissimis civium red-
integrari debet. Quod quidem hæc
ratione bene perfectum iri existimandum
est, si 800 cives symmoriarum numero
adscribantur. Veri enim simile est fore,

Symmorite 1200 naves sedificant vel 300, vel 200, vel 100.

—	60	—	—	—	—	15,	—	10,	—	5.
—	12	—	—	—	—	3,	—	2,	—	1.

III. Sed quia tanta classi fabricandae ma-
iores suntus ab symmoritis fieri necesse

si ex universo symmoritarum numero
(qui, si 800 illi additi essent antiquioribus
1200, qui adesse dicebantur, nos tamen
universi preste erant, efficerent duo mil-
lia,) si igitur ex universo illo numero
omnes isti exempti fuerint, quibus legum
auctoritas illud conosceret vel propter
orbitatem, vel quod coloniarum sunt parti-
cipes, vel quod in unum collatis bonis
attinatur, ut numerum 1200 symmoritarum
non excessuri sint. p. 182. v. 12—18.
Hic igitur universus 1200 symmoritarum
numero ex veteri more per 20 symmo-
riarum distribuendus est, quarum quoque ex
60 λαττινογράφοις sit composita. Sed sin-
gularum symmoriarum iterum quinque
debet esse partes, ex duodecim viris ita
compositae, ut quibusque ditissimis eorum
pasquerrimi quique addantur, qua ratione
ubique justam proportionem constare ne-
cessere erit. p. 182. v. 18—23. Et his
quidem symmoritarum divisio absolvitur,
qua eis ita facta sit, ex sequentibus pe-
tahit. II. Sequitur modes, secundum quae
triremes sedificari oportet. Classis, qua
maxima a symmoritis præbenti debet, est
300 navium. Neque tamen opus est, ut
hic universus numeros exhibeat, si mi-
nor ejus usus affuturus est. Igitur pre-
varia reip. conditione vel major vel minor
numerous eorum instratur, isque sit vel
centonarius, vel biquamodi classis duplex
vel triplum.—Verum et alia institutus
300 illarum navium divisio, ex qua cuique
symmoriarum numeros triremum a se
difficilardrum indicetur. Secundum num-
merum 20 symmoriarum item 20 partes
universi classis constituerunt, eunes pari
numero 15 navium composite. Et quia
quoque symmoria 5 sectionibus divisa
sit, quarum ex 12 viris consistent singula-
ra. Ne etiam illo singulis symmoris injunctis
15 naves eadem ratione dividantur, ut
fiant 5 partes, singulis naves 3 habentes.
Ille autem 3 naves a quibusque symmo-
riarum sectionibus minoribus hoc ordine
civitati præbendas sunt, ut una navis per-
petuo para sit reip: sin majus access-
orit periodum, dñe: in semina autem
patris necessitate trium navium numeros
plures esse debent. Quo facto, singulis
symmoris, collatis singulis, quas minores
eorum sectiones sedificarent, triremibus,
5 naves dabent ad centonarium navium
numerum implendum; 10 autem, si 200
navibus opus est; 15 vero, si 300. p.
182. 2. v. 25. ad p. 183. v. 4.

erat, quam quidem continuo possent fore,
cavendum erat, ut ex serario illis magna

pecuniae summa suppedaretur, cuius distribuenda rationem hic habes. Uniusversus census regionis Atticae indicat esse 6000 talentorum: hic igitur dividendus est ita, ut exinde sint 100 partes inter se paries, singulæ 60 talentorum, qui numerus partium centenarius conveniet cum 100 illis sectionibus minoribus symmoriarum, quarum unaquæque 12 viris composita est.—Singulis jam symmoris totis ex hac 6000 talentorum summa portio tribuatur sequa 300 talentorum (huc ita intelligantur, nos ut ipsa illa 6000 talenta symmoritis distribuenda essent, verum illi tantum redditus, qui quotannis ex illo

censa 600 talentorum in publicam referrebaenter. Ex parte convenit cum eo, quod nos dicimus den inkom der Directe Belastungen: melius etiam reddetur de Grondlasten, quod infra probabimus ad p. 183. 5. In hac tamen legis versione perspicuitatis gratia caput ipsum pecuniarum, ipsum autorem sociati, perpetua repetemus, non ansuum vestigia, quod propter illud a dominis prediorum casset solvendum: huc autem 300 talents ejusque symmoris participes ita ister se dirimant, ut minor quæque sectio 12 virorum sociat 60 talenta. p. 183. v. 5—11. Qua ratione

universi symmoris	1200	accipient	6000	talenta
	—	60	—	300
	—	12	—	60

Jam vero monendum est, quomodo haec 6000 talenta, ea, que diota est, facta distributione, sufficient ad summus compensandos, qui a symmoris in triremes fieri debent. Quam non amplius 60 talenta uniuersi symmoriarum minori sectioni publice preberi possint, ut exinde omnipot compensationem querant necesse est. Neque tamen ita committet civitas, ut in minori navium necessitate ei talenta 60 non integra reddat. Immo vero, si 100 tantum navibus opus sit, ut duodenii symmoris prebeat unam, possunt omnia 60 talents ad unius navis sedificationem impendi. Si 200 triremibus indigent resp., totidem 60 talenta duplo horum sumtuum sufficient, et pro 12 symmoritis unam navem prebeatibus seni quique idem officium præstent. Quodsi tandem 300 adesse oportest naves, idem manus navis unius sedificande obire debebant quatuor viri, neque tamen universa 60 viros symmoris plus quam 300 talenta, h. e. quæque minor symmoriarum sectio 12 viorum plus quam 60 talenta accipiet p. 183. v. 11—17. Ex hoc igitur computo ratio sedificande classis et distribuenda pecuniae haec erit. Symmoris 1200 accipiunt 6000 talenta, proque iis sedificant naves vel 100 vel 200 vel 300. Symmoris 60 accipiunt 300 talenta, proque iis sedificant naves vel 5 vel 10 vel 15. Symmoris 12 accipiunt 60 talenta, proque iis sedificant naves vel 1 vel 2 vel 3. His itaque cautum est, ut reip. justus semper symmoritarum numerus præsto sit eorumque rite distributorum; itemque ut ei paretur facultas idonea classis parandæ vel 100, vel 200, vel 300 navium, prout vel majori vel minori earundem numero opus futurum sit; jacturam autem pecuniarum a ditionibus ideo faciendam eadem lex publice, quantum poterat, compenset.—Resistit autem alia, quorum recensio jam sequitur. Eadem

ratio, qua navium sedificandarum partitione inter symmorias facta est, in comparatione instrumentorum navalium obtinet. Universa illorum copia secundum 20 symmoriarum numerum per 20 partes distribuatur, quea sua pars vicesima seque divisa ut rite paretur, quæque symmoris minoribus suis 5 sectionibus mandet, ne in reip. necessitate, si navis præsto sit, eadem instrumentorum navalium pesuram prematur. p. 183. v. 17—25. Neque vero omnitudinis est ordo, qui in navilibus servari debet. Itaque prætores [τριτονες] oportet in navilibus loca decem separata habere pro numero tribum, que loca singula continent 30 navium domos [ναυοδοχει] : quo facto unum navale [ναυη] 30 navium capax convenienti numero triremum, quem duse symmoris in summa reip. necessitate debebunt. Illis autem symmoris ita sunt copulandas, ut semper binæ ex eadem tribu [φωλη] in eodem sint navali. Tandem ex singulis tribubus unus triarcha ejus navalis curam habeat, cuius pars sit particeps. p. 184. v. 1—9. Tribus 10 sive 20 symmoris tenent 1 navale, quod continet 30 triremes. Ultimo loco navalia distinguuntur secundum τὰς τριτονες, que tertiam partem tribus, φωλης, continent: ut, quum singula navalia tribubus singulis destinatae 30 tenere possint naves, τριτονες quæque tertiam earum partem, h. e. locum 10 navibus capiendis idoneum, occupet. Ex hoc enim divisione, si opus erit, statim apparabit locus, ubi quæque φωλη suas construet triremes, deinde ubi quæque τριτονες, tum quis sit triarcha cuique navalis præpositus, tandem quod quæque τριτονες naves habeat paratas. p. 184. v. 8—16. Atque his continetur lex, que quidem, si simplici ratione ejus interpretatio suscipiat, non tantis premi videtur difficultatibus, quan-

tis eam refertam esse nonnulli clamarent. Universæ autem, quam dedimus, explicatiōne pleniusque consentit Scholiastes, in paucis tamen dissentientibus. Wolfius etiam ad p. 183. 8. recte hanc locum exhibuit. Errorem tamen ejus in IV. animadvertisit jam Reiskius ad v. 28. Male item se habet VI., ubi tamen numerus 9 in his verbis, trierarchos 9, hypothetū errore positus esse videtur pro 6. IDEM. Errorem Reiskii subaudientis στρατιώτας castigavit Amersfoordtius in nota proxime sequente. Non cogitandum hoc loco de militia obeunda, sed de classe instruenda. Ceterum de tota hac re v. Boeckhius Econ. Polit. Athen. t. II. p. 105. ss.

SCHAEFER.

— ibid. τοὺς δικαιούους — φυμὶ χρῆσι]

Probanda est explicatio Wolfi consentanea, numerum 1200 symmoritarum, variis causis imminentium, hac Demosthenis lego de novo fuisse impletum, novis coactis symmoritis. Hec quidem melius se habent, quam que dat Reiskius haec omnia non de symmoritis sed de στρατιώταις explicans. Quo si vera sint, hanc video, quid faciendum sit sequentibus v. 11. ἐξ τῶν τούτων οἷμαι δὲν ποιῶσα συμμορίας πάσσων, ἀπεις τὸν διοι — ἄγκαρτα σύμμαχον ἔχοντα ικάστην. Sed, ut dicam, quod sentio, (etiam dico verecunde; pudet enim me, parum exercitatum juvenem, virom reprehendere et doctrinam laude insignem, et multis nominibus de omni literarum genere egregie meritum;) in hujus legis interpretatione sèpius festinatia Reiskium impeditissime videtur, quo minus versus explicationis indagationem multum curaret. AMERSFOORDT.

— 6. φυμὶ χρῆσι] Solennis Oratoribus formula, quam legis mox a se ferendas faciunt mentionem. Veritatis: oportere existimat, cœcum censeo. Ita Phil. III. p. 112. 12. ed. Reisk. s. iudic. — φυμὶ ἕγειται ἄγειται ἡμέας δὲν [εἰσάγοντι]. Sic et infra de Symmor. p. 184. 1. φυμὶ τοὺς στρατιώτας δὲν διατίματα τόνος δίκαια. Olynth. II. p. 21. 9. φυμὶ δὲ δὲν ἡμέας ἄμα τοῖς μὲν Ὀλυμπίους βούθειν. De Corona Trierarch. p. 1228. 7. δὲ φυμὶ δὲν αὐτὸς στρατιώτας. Olynth. I. p. 14. 5. est eodem sensu: φυμὶ δὲ διχῆ βενθυτίας εἶναι. et apud Isocratem de Pace p. 281. φυμὶ δὲ σὺν χρῆσι ποιῶσθας τὸν εἰσήντον. Ita etiam occurrit οἷμαι, uti infra p. 286. 21. οἷμαι δὲ δὲν — ἡμέας — φύλακος δαι. et similiter mox p. 287. 12. et καλώς ibid. v. pen. et p. 288. antep. uti et apud Thucydidem I. 82. αὐτὸς καλώς τῷ Κλάστῃ. Atque horum nonnulla tamen sunt ejusmodi, ut potius consilii quam disertissimae legis videantur esse preparatio. Ceterum minus valent haec omnia, quam γράφου, quo ipsa legis rogatio iudicatur. Olynth. I. p. 14.

24. σὺ γράψει ταῦτ' εἶται στρατιώτακά; μὲ Δὲ οὐκ ἕγειται. quo tamen ut fiant eodem loco indicat maxime se optare. In ipso autem scripto legis capite utebantur verbo, στρατῖ. Vid. ex innumeris exempli illud, quod est Orat. pro Cor. p. 288. 28. Δημοσθένης Δημοσθένης Πατανίου εἶπεν: οὐκι psephismati post victoriam ad Cheroneam illudens rex Philippus vocabulum adjecit, ut inde fieret versicolus (Plutarch. V. Demosthen.) Δημοσθένης Δημοσθένης Πατανίου ταῦτα εἴπεν. Ceteram notionem εξιστιμανδι, judicandi, censendi in verbo φυμὶ insuper probant loca Demosthen. de Symmor. p. 185. 15. χρήματα μὲν δὲ φυμὶ εἴναι τότε. et c. Theocrin. p. 1323. 23. φυμὶ δὲ — Θεοφίλην Ἰνοχον εἶπεν κ. τ. λ. AMERSFOORDT.

— 8. ἀρόδειται τὸ πλεῖστον] plenum exhibeatis, ut nihil desit. Verbum hoc illustravit Wyttendachius ad Selecta. Histor. p. 439. IDEM.

— 9. τὸν ιεπιλήπτην — ἀφαιρεθήσαν] V. Boeckhius Econ. Polit. Athen. t. II. p. 83. cujus interpretationem ad τὸν ἄφαιρετον — τὸν κανονικὸν subaudientis χρημάτων vereor ut tenor loci admittat, quem facile apparet de σύμμαστοι, non de χρήμασι, agere. Malim igitur vulgatum olim ὄφατον restituere: quoque melius sequentes genitivi respondeant antecedentibus, suspicor κληρουχίαν et κανονικήν mutanda in κληρούχων et κανονικῶν. Conf. not. ad Gregor. Corinth. p. 110. Non nego Lexicographos suis in libris habuisse κληρουχίαν et κανονικήν: videtur enim vitium esse perveritus: sed vide mihi, quantopere haec scriptura illos turbaverit; cum enim κληρουχίαν de χρημαστοι interpretarentur, rursum κανονικά de σύμμαστοι intellexerunt. SCHAEFER.

— ibid. τὸν ιεπιλήπτην] Wolfius: ριπέλε parentibus et fratribus orde: quibus addit. Valesias ad Harporat. p. 112. b. edit. Blanc. et avo paterno. Sed Reiskius non vult subaudiri γαρθνόν, sed σύμμαχον, ideoque logi invult ιεπιλήπτην et ποιο ὄφατον, ut convenienter cum κληρουχίαν et κανονικῶν. Reiskio autem hic non videtur obtemperandum. Neque enim in prioribus illis vocabolis opus est subauditio σύμμαχον, ut quibus singulares indicantur homines, nulla societas necessaria dicitur copula inter se juncti: contrarium vero obtinet in posterioribus, quibus recte σύμμαχον addi possit. Harporat. quoque, ut in plerisque, convenient Etymol. M. v. ιεπιλήπτης κ. τ. λ. habet: ιεπιλήπτης μὲν ιεπιλήπτης τῷ κλέρῳ ὄφατον καταλαμβανειν, μὲν οὖτος αὐτῷ ἀδελφός, δὲ δὲν καὶ ιεπιλήπτης, ubi v. notas. AMERSFOORDT. Frustra se torat vir optimus (Reiskius) somnians militiam, de qua Orator non cogitavit. V. not. ad v. 6.

SCHAEFER.

— ibid. ὄρφανον] Restituendum eadem de causa, quam supra diximus, vetas ἄρφανον. Sunt liberi parentibus orbi, qui ad pubertatem nondum accesserunt. Nec mirum est, hos a numero symmoriarum exceptio esso lege Demosthenis, cui etiam ante oculos versabantur suorum tutorum injuriæ. Verum de his, uti et aliarum hujus legis partium causa et ratione, uberioris agemus in peculiari Dissertatione de universo hoc symmoriarum apud Athenienses instituto mox edenda. AMERSFOORDT.

— ibid. κληρουχικῶν] V. Photius c. 125. SCHAEFER.

— 10. ποιητικῶν] Cur hi symmoritis exempti fuerint, doceat Grammatici a Wolsfo Reiskioque ad h. l. landati. Reiskius accepit de fratribus, qui patrimonio non diviso utuntur. Neque multum repugno. Quæ deinceps ibid. disputat de sortiendi iniquitate, quo ex complurium fratrum numero unus eximatur, qui τῷ τριηράχῃ munus obeat, nostri ævi moribus omnino convenient, quo bujusmodi sumtus non a paucis ditioribus, verum, uti per est, ab universa republ. seruntur. Quodsi vero pro τριηράχῃ vel λευκογάλᾳ rescriperis militiam terrestrem, ut in his notis perpetuo errore fecit Reiskius, ejusdem ratio exigua habet nostro tempore auctoritatem. Sed bujusmodi disceptatio, quia nihil ad Demosthenem pertinet, a nobis non instituetur. Hæc tantum monemus, visum esse Demostheni recte se habere illud argumentum, quod suo Lexico adscriptis Harpooratione causas afferens, cur illi vel fratres vel alii cives, qui re familiari utebantur in unum collata, trierarchatus immunes fuerint. AMERSFOORDT. V. Photius. c. 129. SCHAEFER.

— ibid. εἰ τις δύσποτος] Recte interpretatur Wolsius, nec cum Reiskio in nota ad v. 6. de corporis imbecillitate aut debilitate intelligendam. V. Boeckh. l. o. IDEM.

— 11. οἱ τοῖν τούτοις — ἵχονται ιάστων] Citat Photius c. 405, scriptura partim diversa partim corrupta. IDEM.

— 12. συμμοριας] V. Philemon p. 141. s. Osann. et Zonaras c. 1685. coll. Ryt-molog. M. c. 734. 35. IDEM.

— pen. διλαίνει καλύτερα πίντα μάρτιον] Wolsii conjectura legitim sic πίντα μάρτιον exemplis ab ipso allatis satis refutata videtur. AMERSFOORDT. V. Bos. Ellips. p. 683. Nec tamen in talibus locis de ellipsi prepositionis sic cogitandum. διλαίνει valet dividendo facere, διλόντα ποιήσαι. εἰσοι τελεῖσαι μάρτιον p. 288. 5. Conf. ibid. v. ult. IDEM.

— ult. ἀντανελμέντας] Recte Wolsius. Verba Demosthenis sic sunt intelligenda,

ut, si ditiones sex senique pauperiores sint in symmoriarum sectionibus, ditiones majorem partem summæ totius solvant, quæ necessaria est ad navium sedificacionem, pauperiores vero minorem, ita tamen, ut illis partibus collatis omnis pecunia conficiatur. Sio, si numeris expositum exemplum magis sit perspicuum, ad assēm solvendum ditiones conferant dodram, pauperiores quadrantem, vel illi bessem, hi vero trientem. AMERSFOORDT.

P. 288. 4. τὸν] Recte delevit Bekker. Sic sine articulo, ut oportet in talibus formulis, p. 287. pen. κατὰ δύοτα ἄνδρας, pro quo scribi potuerat κατὰ δύοκαθέδρας, si usas hoc compositum tulisset. Mox p. 289. 1. καθ' ἴχνοντα τάλαρτα, i. q. καθ' ἴχνοντα λαλατα, quod nomen statim soquitur. SCHAEFER.

— ibid. ποιητικαιδικαναῖν] Anecd. Bekk. p. 295. 30. Ποιητικαιδικαναῖν: αἱ δικαιότητες τρηνές. IDEM.

— 5. τὸν πρώτον ικατὸν πίντα κ. τ. λ.] Palmerius in Exercit. ad Auct. Gr. p. 624. hec habet: "Laborat a mala interpretatione hic locus. Sic interpunge: τὸν πρώτον ικατὸν, πίντα καὶ τὸν δευτέρον ικατὸν, πίντα καὶ τὸν τρίτον ικατὸν, πίντα ίξ. μ. δ." Hoc recte. Namque antea sine distinctione lectum fuisse videtur ικατὸν πίντα, unde Wolsii error ortus videtur, qui de navibus interpretabatur 315. Palmerii interpunctionem habebat etiam editio Benenati. Quod vero deinceps addit Palmerius, sic intelligendum esse hunc locum, ut 300 triremes dividantur in 15 classes, quarum unaquaque habeat 20 triremes, eaque ratione primæ 100 triremes confiant 5 classes s. partes universæ classis Atheniensium, alteræque et tertiae s. ultime 100 triremes item 5 classes constituent, sioque adeo fiat illa ποιητικαιδικαναῖν, vereor, ne illa explicatio patrum sit probanda. Immo vero duplex erat distributio classis Atheniensium, ut supra [ad 287. 6. τὸν διακοσίου καὶ χιλίου] monimus, quarum altera major, ut essent 3 universæ classis partes, singulæ ex 100 navibus compositæ, vel singulatim vel simul pro varia reipubl. necessitate præbendæ, altera minor, quæ universam classem 300 navium 20 portionibus dividebat pro numero symmoriarum. Hujusmodi autem portio, ποιητικαιδικαναῖν, 15 triremibus constans, non semper præsto esse debebat, sed secundum variam reipubl. fortunam et conditionem vel tercia ejus pars, vel dimidia, vel et tota. Atque hæc sunt illa: τὸν πρώτον ικατὸν — δύοτας. AMERSFOORDT. Wolsii errore Reiskius probe perspexit: sed viceissim ipse graviter erravit, cum rationem τὸν πίντον μάρτιον classis explicare vollet. SCHAEFER.

— 9. εφὲν αὐτῶν] Exspectes ιαυτῆς, ut

p. 290. 4. Sed *συμμεμένη* dicitur collective.
IDEM.

— ibid. ιστορία τὸ τίμημά ἦστι. ε. τ. λ.] Item Etymolog. M. c. 758. 53. Photius c. 433. et Thomas Mag. p. 854. De Harpoocratis (In λύθρον vide ne lateat αὐτὸν) v. Siebelis. ad Philochori Fragm. p. 77. s. et Boeckh. Econ. polit. Athen. t. II. p. 22. IDEM.

— pen. ιστορία τὸ τίμημά ἦστι ε. τ. λ.] Utrumque significat *τίμημα*, summam ac summa velut caput, itemque id, quod singuli census nomine ex facultatibus contribuunt. Harpoocratis de Suidam hec jam adhibuerunt Wolfius et Reiskius ad h. l. Nostro tamen loco manifestum est, ipsam summam significari; ut sit τὸ τίμημα τοῦ χάρας pretium, quo solum Atticum, h. e. omnes domus, sedisq[ue]a, atque agri in Attica estimantur. Sufficit, ut hanc Demosthenis mentem fuisse credamus, locum repetere, quem ex Polybico II. 62. attulit Valesius ad Harpoocrat. in v. 571: *ἴξιαν χιλία* ἡ τάλαττα τὸ τίμημα τῆς Ἀττικῆς, ad eum locam simul vulgatam lectionem loci Demosthenici, de quo nunc agimus, bene defendens. Polybius igitur narrat, census actum fuisse Atticos regionis, quo tempore Athenienses cum Thebanis, h. e. 30 circa annis ante Orationem habitam, bellum contra Lacedemonios suscepserunt: *ἴτηποτε τὴν τοῦ χάρας καὶ τὴν Ἀττικὴν ἄποστας καὶ τὰς διατάξας, ὅποιος δὲ καὶ τὴν λατρῶν σύνεται, δᾶλλ' ὅμοις τὸ σύμμετωπόν τοῦ ἀγίας ἱδίλλια τὸν ἴξιαν χιλίαν διαστοῖς καὶ πενήντα ταλάττας*. Hęc igitur *estimatio agri* sive *regionis* erat, ex eoque anno reditu compensatio symmoritarum querenda erat. Quae compensatio, etiā nobis minor esse videatur, quam pro summis ad diutoribus faciendorum magnitudine, parem tamen habet quod nos moveat. Sic enim optime intelligimus rationem querendarum, quas una ore ditiones perpetuo moverunt, repetitis deinceps, imprimis a Xenophonite in libro de Atheniensium republ. ab Isocrate passim et ab Eusebio c. Ctesiph. p. 163. qui vocat τὸν τηρητήρας — εἰ τὰ κανά διεχειρίσσεται, οὐδὲ ἀπὸ τῶν διετίτην προσδέσθαι πολλὰ μὲν διαφωνήσεις, διεγένεται τὰ ιμάτηρα, δᾶλλ' ἀμεληγομένων τὰς πατρέας σθεῖς, εἰς τὸν πρὸς ὑμᾶς διηλασθέντα φίλοτερα. Neque existimandum est, totam summam 6000 talentorum symmoritarum usibus concessam fuisse. Immo vero ex tributo quotannis exinde in serarum referendo (quod utrum decoumis an alia ratione estimatum fuerit incertus videtur) pecuniam quendam pars ad navium fabricationem erogatarum publice reddebatur. Causa autem, cur hoc solum tributum trierarchis fuerit datum, hoc fuisse videtur, quod reliqui ci-

vitatis reditus in alios usus erogabantur. Erant Athenis preter agrorum censum in usu portoria, inquilinorum tributa aliq[ue], ut videtur, pecunia singulis capitibus imposita [capitationem dicas]. (Heerenus l. l. (Ideen vol. III. p. 305.) “Kopfsteuern waren weniger bei den Bürgern gewöhnlich (wiewohl ich sie keineswegs gänzlich leugnen will), als bei den Inquilinen. v. Harpoocrat. über die Einrichtung und den Betrag des *μετρίου*.” (et p. 309.) “In Athen hatte man die Eintheilung in Clasen nach dem Einkommen, wie sie Solom Einrichtungen in Athen gegründet hatten, nach welcher man ging. Sie setzten allerdings eine Schatzung voran: (*τίμημα* Demosth. in Aphob. Or. I. Op. II. p. 3. etc.) ob aber in den griechischen Städten diese so genau war, wie der Census der Römer, müssen wir unentschieden lassen.” Idem tamen p. 304. τὸ τίμημα τῆς χάρας fructuum decoumis quotannis solvendi constitisse existimat quibus accedebant preventus argenti ex metallis. Ceterum, ne quis miraretur, a Pericle in loco classico, quo reditus civitatis Athenarum recensentur, nullam mentionem hec juxta census iniicij, (Thucyd. II. 13.) verba cum, ut minoris momenti, ad ea referri, quae Pericles significari voluit his verbis, οὐδὲ τῆς ἀλλας προσθέσαι, Wyttensbachius ad Selecta Hist. p. 366. jam monuit, consulto illum Pericle omissum fuisse, et nemini ignotum nec forte audita jucundum. Alia etiam omissionis causa addi potest, quod Pericles, qui omnem futuri belii fortunam summo acumen pressaginaverat, recte iam mente previdebat, quod accidit, fore scilicet ut magna horum reditum pars propter continuas Lacedemoniorum in Atticam incursiones civitati periret, et ramque adeo exiguae tantum eius in bello esset futurus. AMERSFOORDT. V. Boeckhius l. c. p. 21. ss. SCHAFER.

— ult. δὲ διῆν — συντεταγμένη] Nec voluit Orator, (vid. Wolf. Not.) ut tantum haberent presentis pecunias: sed quam suavit *εὐτράχη* τῶν χρημάτων, ejus hic solus finis fuit, ut summa in classen faciendi inter symmoritas ex aquo et iusto dispartirentur; qua de re statim agitur. IDEM.

P. 289. 2. *ἰδάστην*] Pro sl. *ἰδάστην* malum *ἰδάστην*. V. infra v. 21. IDEM.

— 3. τῷ] τῷ recte adest. Rite enim articulus repetitur, ubi plura deinceps portant epitheta, quoram sunt quodque notionem seorsum intelligendam continet. Sophocles OED. T. 1481. ἐν τῷ διδόμενοι τῷ τηρητήρας χάρας. Eupolis ap. Longin. XVI. 3. μὲν τὸν Μαρκύριον τῷ λαχανῷ. IDEM.

— 6. διῆν] Recte omittit Bekker. IDEM.

— 7. τῷ] Delovit Bekker. Proba. Ita

sequitur τριηράχειον, non τὰ τριανταῖς. IDEM.

— 9. τὰ] Russus dolevit Bekker. Fortasse suo arbitrio: sed jure delebitur. IDEM.

— ult. τὰ τὸν ἐφαλάμπεται τὸν σκυλόν] Recite accepit Wolfius de illis, qui instrumenta mutua accepta noendam reddiderunt. Recite tamen ea addas, quae usu et vestitate patrefacte atque corrupta cum novis sunt permuteenda. AMERSFOORDT.

• P. 299. 1. διαγέρμασσαν] Egregie Harpoeratio (quom exscripsit Suidas, ut sepius) in voce, ubi vid. Valensis: τὸ τετράκιον ἡ τοῖς συμμορίαις, ὀνόματος ἵστασθαι εἰπόμενον δὲ τὸν αὐτὸν τὸν, ἀλλὰ πρὸ τῶν τίμων τῆς οὐρας. Tum paucis interpositis: διαγέρας: μήτοι λογίς ἐκδιδοταρέος; ἡ τοῖς συμμορίαις ἡ τοῦ διαρχίας, πάντων ἴστασθαι εἰπόμενον ἄριστον κ. τ. λ. Do hoc autem reuberrimo exponentem citat Hyperidem in Oratt. perperditis. Non autem de his et similibus rebus uberioris dicuntur in peculiari Disputatione de Symmoris mox in lucem proditura. AMERSFOORDT. H. I. significavit τὸ διαγέρμα τὸν τετράκιον σκυλόν, quae civitatis debentur. V. Anecd. Bekk. p. 236. 10. SCHÄFER.

— 3. χρηστόν] In Bavarioi scriptura quis non videt latere χρηστόν, debitorum, quod Bekkers restituit? V. Anecd. Bekk. p. 1260. med. IDEM.

— 7. ωρόχυτον] Post ωρόχυτον distinctione major posenda est, ita ut a verbis τὸν μὲν δεσμώτη nova periodata incipiatur. Ita omnis illa, que procedunt, usque ad ωρόχυτον uberioris explicant ea, que paulo ante dicta fuerant, et rationeem continent, que portio navium earemagno instrumentorum a singulis symmoris pendenda per eorum sectiones minores distribuitur sit. In sequentibus vero post brevem repetitionem eorum, quae jam dixerat [τὸν μὲν δεσμώτη — ωρόχυτον], pergit ad reliquam legis partem explicandam: ωρόχυτον δὲ κ. τ. λ. AMERSFOORDT. Post ωρόχυτον in Reiskiano subdistinctione interpretata. Corroxi. SCHÄFER.

— ibid. τὰ σκύλου] alios nomen. Operantur τὰ σκύλου, armamenta. IDEM.

— 8. τὰ σκύλου] Hinc dici videantur et Miliano V. H. II. 10. ei nomen χρήσις. Vertendum instrumenta: nam quod dent sunt nautici, vix est admittendum. AMERSFOORDT. In Miliano etiam G. G. Kühlius vertit arma nautica: Ind. Graecit. s. v. χρήσις. Sed vide ne certiorandum sit ἡρῷον ναυτικόν χρῆσις: ut nomen χρήσις sint, quae ab Oratore p. 289. sicut dicitur τὸ διεργάζεται τὰ σκύλου. SCHÄFER.

— 9. στρατόν] Romigum ut nautarum militumque doctos seruumque stipendia intelliguntur. Conscuta vox in hac re.

Theocydides I. 19. habet adjectivum: δεσμὸς τοῦτος αὐτοῖς λέγεται τὸν τοῦ. Sic et impossissimo verboν επιλεγόντα. Ibid. si τοῦτο αὐτοῖς λέγεται. c. 35. si τοῦτο μὲν δεσμὸς τοῦτο λέγεται λέγεται εἰποῦν τὸν τοῦ. Ita et c. 141. ὅπερ τοῦτο επιλεγόντες. ad q. L Scholiastes supplet διεργάζεται. III. 16. ἰεράρχης τοῦτο λέγεται λέγεται αὐτοῖς τοῦτο. Cf. et c. 17. f. et Machines de F. L. p. 102. Vox εἰλέρχεται pro classei, h. e. remigibus et militibus, illustratur a Perizoneio ad Milian. V. H. II. 10. Constatet illud καπηλάτης (s. ἴεράρχης, et Attice dicebatur) et μαχηταῖς (s. διεργάζεται). AMERSFOORDT.

— 10. δέσμῳ] Nos displicet εἰλέρχεται δὲ τοῖς τοῦτοι λέγεται καὶ φέδην. 1. non δ., Bekkers a Codd. emotavit. εἰλέρχεται σπάδη, τύχτιο Βομβανωνγ. SCHÄFER.

— 11. τὸν στρατόν] Horum enim auctoritatis atque imperio obtinuerat praeceptor trierarchus, qui et ab illis in ius vocabantur. Densathenes Exo. adv. Lacrit. p. 940. et ad. Reink. οὐαῖς ἴεράρχης λέγεται εἰπούντος; [subaudientur: εἰ διεργάζεται ἡ μάλιστα τοῦ διαστάσιου.] Διὰ τοῦτο τριηράχης καπηλάτης. post que eadem tacita sunt repetenda. AMERSFOORDT.

— 12. τὸν ναυτὸν] Different hec ab θεωρίᾳ, que significatur universa urbe vel vicis, ubi naues struuntur et servantur. Theocydides I. 30. Κυλλένη, τὸ Ηλέτιον, ιεράρχης, ubi Schol. ιεράρχης λέγεται παραβαλλόντος, ἵδη τὰ τριηράχην, δεσμὸς ὁ Πλευραῖς τὸν Ἀθηναῖς καὶ Μιλεσίους. δίπους δὲ τοῦτο παραβαλλόντος [Videbis excedisse χρῆσιν. SCHÄFER.] χρήσιμον τούτους τούτους, ἢ τοῦ εἰ πολλοὶ ποτέ βασιλεῖς πολλοῖς. De ναυτοῖς; coramque ιεράρχησι εf. Harpoeratio ibique Valens. p. 34; et Etymol. M. Sic et diversa sunt et nomen-θερα, que vox significatur statio, in qua naues tuto possent manere. Hoc illa Athenis magna classi peropportuna. Strabo IX. p. 395. τὸ μὲν τὸν παλαιὸν ιεράρχησι — ἡ Μεσογεια προστατεύεται τὸν επιβίτην τὸν Πλευραῖς καὶ τοῦτο λιμένας εἰλέρχεται τὸν παντούμοντα τριηράχημα ναυτοῖς. In plerisque oīnam urbibus, que maris prævalent, erunt, quod ipsa res indicat, præstantissima ναυτική, navalis, et Syracusis 45 naues ex iis, quae in minori portu erant, ad pugnam contra Athenienses produxisse legitime apud Theocyditem VII. 22. De Carthagino item res nota est. AMERSFOORDT.

— 13. ναυτόν] Miles recto veritatem nati, que sunt ναύται. SCHÄFER.

— ibid. ναυτόν] Plerunque distinguuntur a ναυτοῖς, quod et ipsa vox formae indicat, etiam nossumqam esse heredes apud optimos scriptores permatentur. Si significantur nautam domum, edificia singu-

lerum navium capacie. Dubium, sirum ligues fuerint ex lapidea. Prior tamen verius videtur ex aliorum locorum comparatione. Vocabulum, cujus rarer forma νέντη εἶναι occurrit apud Plutarchum de glor. Athen. p. 439. D. abude explicit Bergmannus ad Isocratis Areop. c. 27. p. 173. in ejus diligentia acquiescimus. Hunc igitur locum, qui omnino legi mereatur, confer et ad Harpoeronem v. νέντην Valeum. Teotos superne vulgo fuisse νέντην, præter Xenophontem Hist. Gr. IV. p. 523. a Bergmanno allatum docent Herodotus et Thucydides hic VII. 25. ille VI. 45. ubi Polyocrates prædicionem militum metuens uxores et liberos eorum ē τὰς νεντήνων συνιδίας οὐχίς ιστάμοις, ἢ ἄρε προδίδεις εύτοις πρὸς τὰς κατόπτρας, οὐναῦραίσιν αἴτοις: νεντήνων. Syracuse etiam in τῷ λιμένι erant οἱ νεντήνων. V. Thucyd. l. o. AMERSFOORDT.

— 16. τὸν δὲ τριάρχους ἵκαστον] Wolfius conjicit legendum esse τὸν δὲ τριάρχους ἵκαστον: sed Reiskius ad v. 17. post φαλλὰ μὲν duo deesse vocabula existimat, τριάρχους δέ. Wolfius igitur existimat, unique triremi instruendæ saum affuisse debere τριάρχους: Reiskius autem, tribus quibusque navibus sive unique νερῷ [Sed singula νερά triremas naves tenebant. SCHAEFER.] unum præpositum fuisse τριάρχου. Probabilior mihi videtur Wolfii conjectura, quo si admittas fuerit, unique navis prefectio facultas erit triremem optime et pro habitu suo instruendi et a collegarum malis artibus, quo ad impeditandam navis adornationem adhiberi possiat, cavendi. Malum tamen in easteris Wolfium secutus pro ἵκαστων legere ἵκαστων, quod et ad vulgariter lectionem propius accedit, et ex libris scriptis confirmatur. AMERSFOORDT. Vulgata prorsus idem valet quod τὸν δὲ τριάρχους ἵκαστον. Sic dieiūr mox v. 20. τὸν δὲ μάρτιον ἵκαστον et p. 291. 1. ἡ τριάρχους ἵκαστον. False autem narrat Amersfoordtius de τριάρχους præposito singulis aut ternis navibus: Wolfiusque et Reiskius hoc de re οὐδὲ γρ. V. not. sequ. SCHAEFER.

— 17. φαλλὰ μὲν] Multum errat (sc. Reiskius): ad eam enim φαλλὰ pertinent 120 τριάρχους, i. e. σώματα τριάρχου, cives summi facientes in triremes. De his solis cogitandum, non de trierarchis veri nominis, i. e. decibus a. prefectis, qui singulis triremibus singuli præwerant. Sed cum Reiskius semel hanc animo imbibisset opinionem, Demosthenes etiam symmoriarum descriptionem intelligi oportere de milibitis, quis miratur errorum illum viro alias perspicacissimo in totius loci et interpretatione et crisi multimodis imponuisse? IDEM.

— 17. ὁ γ' ἀρ] Non vitandum confusio-
nis causa, sed quia singula φαλλὰ tenet
ternas τριάρχους. V. Anecd. Bekk. p. 306.
IDEM.

— 19. ἡ τακτικὴ τὰς τριάρχους] Tertium
tribuum [φαλλῶν] partes, tam Solonis ar-
tate, qua quatuor erant populi Atheniensis
tribus, quam postea, quam decoem facte
sunt φαλλα. Prior patet ex loco Polluci
VIII. §. 111. τακτερία γ' ἐν ταῖς φαλλᾶς δι-
δικτον μάρτιον, καὶ διδικτον τακτερίας ἴσαστον,
τίσσας κατὰ τριάρχους ἴσαστον. Quenam
autem ratio impulerit Schömannum l. l. p.
361. cur τριάρχους h. l. memorias diversas
esse existimat ab illis ταῖς φαλλᾶς τριάρ-
χοι, nondum perspicio. Sed de his omni-
bus copiosiore nostram disquisitionem
exspecto in Disputatione edenda de sym-
morioris ipsa. AMERSFOORDT.

— 20. ἡ ἵκαστος μάρτιον γ' ταῖς φαλλᾶς] Ordo grammaticus hic est: ἡ μάρτιον [ταῖς
δικα τακταῖς, i. e. ἐν τακτοῖς] γ' ἵκαστος ταῖς
φαλλᾶς. IDEM.
— ibid. ἵκαστον] ἵκαστον, reportum etiam
a Bekkero in Cod. salis piscoet. SCHAEFER.

P. 291. 1. ἰχγ] Reiskius post εἰρῶν
plene interpnauit: quod mutavi. Mut-
avit etiam Bekkerus. IDHM.

— 2. σί ὅδε κατατοῦ] Reiskii Index
habet: ὅδε, processus. Totum locum sic
interpretatur: hec ubi semel fieri cœpta et
velut in viam immissa fuerint, in den Gang
gebracht oder gekommen. Videtur tamen
sic ὅδε scriptum esse pro ἡ ὅδε. Hunc
usum præpositionis sic: sepius obviam,
imprimis apud Scriptores N. F., vindic-
tam vide a viris doctis, quo laudavit Schleusserus in Lex. in N. T. AMER-
SFOORDT. Fallitur: aliud sic ὅδε, aliud ἡ
ὅδε. Mirumque tales enallagmas dudum
explosas identidem incalcent. SCHAEFER.
— 5. μάρτιον] Assentitur Reiskio Amers-
foordtius: ego non item. IDEM.

— 7. οὐδὲ λόγον μάλλον λέγων] Bene
Reiskius: quod miror Amersfoordtium
ad dubitasse. IDEM.

— 11. οὐδὲ μάρτιον ζητῶμεν] Si jam nunc
cum πάρω, illam ex contributione pecun-
iam, cogere studeamus, neodium maxi-
festo bello, non credo, cam tunc, h. e. eo
tempore, quo ea epes erit, in ipso bello,
nobis idoneam affuturam esse. Ideo
longe nunc abeamus hoc tempore a pecu-
nia præbenda; vobis mester eam nemo dare
reconcamus. In verbis ὅτιάρχους ὕπομένει
est enallage temporis: dicitur enim pro
ὑπάρχειν ὕπομένει. Sequentia autem στρω-
ματον τοῦ ὕπομένει melius forte sic constitui
possint: στρωματον τοῦ ὕπομένει: etiam
vulgata lectio habeat, quo se defendat.
AMERSFOORDT. Horum nihil mihi qui-
dem vir doctus probavit. Primam enim
ζητῶν non est cogere, sed dissupera. Schaefer.

pra v. 10. λέγειν τοις χρημάτων. Deinde
io verbis ἐπάρχου ἕγκριμα neque est
enallage temporis, nec potest esse: quippe
tales enallagas, ut sane rationi contrarias,
nella lingua patitur. Denique οὐτοί πολὺ^{τού}
τοῦ ποτίσα: tam sacrum est, ut mirer in su-
spicioneum venire potuisse. Orator enim
sua hoc dicit, cives aversari largam pe-
cuniam contributionem, sed hoc, quod ali-
quanto gravius, omnino aversari τὰς slo-
φεράς. SCHAEFER.

— 13. δευτερόβουμ] Fortasse latet
δευτερόβουμ. V. Bastii Commentat.
Paleogr. p. 749. IDEM.

— ibid. τίς αὖτος εἰς τ. τ. λ.] Sic
Olyntib. III. p. 30. 9. ed. Reisk. νῦν δὲ
ἐπίτροποι πολίμου παιδὸς θεοῦ. τίς εἶτος; διὸ δὲ
καὶ ποτὲ τούτου ἡμῖνθεν, οὐ μὲν τούτου
πάθεται. Reiskius et Taylors monuerunt,
Hermogenem hanc locum citare εἰς μελ.
dis. p. 416. (Laurent. edit. quo ego usus
sum p. 532.) AMERSFOORT. Reiskius
post εἶτος posuit signum interrogandi: ut
quae sequuntur, δῆν μὴ εἰς τ. τ. λ.
interrogatione respondant. Quod cum
probaret Amersfoordtius, locum illum
Olyntiacos ut similem citavit. Sed Reis-
kius neque illuc rem bene gessit et no-
stri loci sensum perverse interpretatione
obscurevit. Nunc, ut ego interpusxi, quid
Orator velit, satis appetet. Eodem modo
interpusxit Bekkerus. SCHAEFER.

— 16. ταῦτα] Post h. v. Bekkerus
posit, non signum interrogandi, sed pa-
stem, quod prestat. Et sic Aristides l. o.
IDEM.

— ibid. δι ταῦτα χρέμεται ίσοστι κ. τ. λ.]
Χρέμεται etiā sepius dicuster nummi, pe-
cunia ipsa, nonnunquam tamen vox pro
rebus usurpatur, quae tantum, quantum
pecunia ipsa, valent; opes Latine dicas.
Thucyd. VII. 25. πλοῦ — γέματα χρή-
ματα, ad quem locum Scholiastes hisco
adscripsit: καὶ ιστὶ τὸν τυχόντον πραγμά-
τον τὰ χρήματα λαμβάνειν, καὶ οὐχ ἔχειν
τὸν ἀδείματος ιστὶ χρηστὸν καὶ πολυτίμονα εἶναι.
De differentia inter χρήματα et κηπός dis-
seruit Bergmannus l. c. p. 123. et videan-
tur veteres Grammatici in his vocibus.
De divitiis Atheniensium sepius sermo
est apud veteres et Demosthenem: uti
Olyntib. I. p. 14. 19. ed., Reisk. quanquam
eo l. non de regionis Atticis divitiis, sed
de στρατιωτικής tantum agit: ισπ — χρή-
ματα οὐτοὶ ιστηται σῶα εἰδοῖ τὸν ἄλλον ἀ-
δρόντων στρατιωτικά. De universa Athe-
niensium potentia coramque copiae Phil.
I. p. 51. 20. ιμαῖς δὲ, δ. δ. ΑΣ., πλοῖον
δύομιν ἀπάρτων ἔχοντες, τρίηρες, δωδεῖτες,
τετραῖτες, χρημάτων περόποιοι, τούτους μὲν
μέχρι τοῖς πάμποροι ιμαῖς εἰδοῖ τόντοι το-
διστι πλέγματα, οὐδέποτε δὲ ἀπολαίσσονται. Ul-
tima Reiskius vertit in Indice: a nomine
vincimini solertia, angacitate. IDEM aliter

in nota ad cum l. Prestat forte: corum
omnium nihil adhuc recte usi sunt, et si nulla
corum pars certa, nullam desideratis. Ita
et διελέσθαι: absolute eleganter usur-
peri monuit Perizotius ad Alian. I. 32.
Cf. apud eundem XII. 41. Mechanes
etiam apud Demosth. de F. L. p. 369. 13.
populum Atheniensium his verbis allo-
quitur: εἰ τρίηρες τριηκόνται καὶ σπάνται τρι-
ηρες καὶ πτέραμδοι ὑπὸ περιστοῖς; Cf. et Iso-
cratem in Areop. o. 1. de conditione civi-
tatis Atheniensium sua estate dissenserent
et ad eum locum Bergmannum. IDEM
tamen Isocrates quod ad seminare rerum
socioeius veriusque pro horum temporum
conditione ad Philippum regem verba
fecit in Orat. quam ad eum scripsit p.
147. πρὸς δὲ τούτους [ιδέαν εἰ] καὶ δύομιν
καὶ πλοῖον πενταπλόον, οὐδὲ εἴδει τὸν Ελ-
λάδα. et p. 198. τὸν καιρὸν, διὸ εἰδεῖ
τυγχάνειν τεσσάρων δύομιν πενταπλόον, δεῖσι
εἴδει: τὸν τὸν Εύροτον οἰκονόμαντον. AMERS-
FOORT. V. F. A. Wolfi Proleg. ad Le-
pini. vol. ii. p. 360. Usus est hoc loco
Dorvilliers ad Chariton. p. 272. edit. Lips.
SCHAEFER.

— 17. εἰς διάστασ] Recte interpre-
tator (sc. Wolfius). Eadem ratione Reis-
kius Ind. Græc. p. 437. opes περι διε-
ris equipollentes aut equiparabiles cum opib-
us reliquarum civitatum omnium. In hoc
usū præpositionis εἰς non latet, ut non
nullis visum est, via comparativi gradus,
qua quid excellere significetur, sed sola
indicator equiparatio. Herodotus II. 35.
Ἵρη λέγου μέλισσα παρέχεται πρὸς πάσας χά-
ρην. Misus recte Interpres: opera exhibet
memorabiliora, quam alia quelibet regio.
Immo: opera exhibet inessarabilia, que
componas cum similibus operibus omnium
regionum. IDEM III. 94. φέρεις ἀπογένεσ-
ται πάντας τοὺς ἄλλους ἔξοντας καὶ τριπλά-
σια τάλατα ψηματος. Grouoviis: per
ceteris omnibus. Bene, si de auro intellexit:
Indi enim tantum auri dicuntur pependisse,
quantum reliqui omnes. IDEM VIII.
44. πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους παρεχόμενα
νιας ὑδάσπεια καὶ ιπατὸν μάρτιν. Parum
recte versum: πρὸ reliquis omnibus. Sola
hoc quoque loco obtinet equiparatio: du-
plicato enim illo numero propemodum
confit numerus navium totius classis Gre-
corum. V. cap. 48. Omnino tales equipara-
tiones intelligendæ παχυτίμες: nec cogi-
tandum de acuterissima exequatione.
SCHAEFER.

— ibid. πλοῖον τοῦ Ἑλλάδος. IDEM.

— 19. ἵπατοι] Omisit adverbium Bek-
ker. Malum servatum. Est i. q. ιπτὸν πλοῖον
ἵπατοι: ιπταθεῖ etiam hic significare, docui
in not. ad Longi Pastoral. p. 422. IDEM.

cum dixit Athenis χρήματα ἤθελεν αργὲς διάσπορα τὰς ἀλλας πόλεις. Vixit forte ille in argenteo seculo, cum ejus temporibus tam bona summa ficerit Athene civitas, unde et ἀργυρέου aliquando, h. o. argenteinam, passus est. Novit certe ille νῦν τοῦ πελάγου εἶναι τὰ χρήματα, nervos belli et imperii pecuniam esse: huc igitur orationis etiam nervos intendit. Si igitur fidem saperet hoc dictum Dem. de Athen. suarum opulentia (tantam sc. pecuniae vim Athenis fuisse, quantam omnibus aliis Graecis civitatibus), sit (per me licet) Hyperbole vel — vel quevis aut [sic] et figura Rhetorica. quantum numerorum inventit Athenis, tantum habet et fidei. Credat quisque quantum volet, quod Athenis non erat hic nervus belli, at certe erat tantum Demostheni nervus orationis: etiā illi defuit aut vena aut argenti [sic], at illi non defuit vena Rhetorica, qua res parvas et humiles extollere potuit et amplificare. Quanquam δύλευε δέος σιγῆς, illa phrasis μετωπία seu formula ἀπεριττοῦ, sanas hyperbolon, et emolliit mitigatione rigorem dioti. *pene dixerim, vel pars* abest quin dicam. Qualisunque demum fuerit urbis Athen. status hoc tempore quo Demosth. hanc orationem habuit, at sane in initio belli Peloponnesi, opibus et potentia maxime florebant Athenes: unde Arribid. rex Lacedem. apud Thucyd. dehortatar cives suos a bello cum Athenienses gerendo, quippe quod ex gens esset pecunias et armis et navibus omnisque copiis bellicis instructissima [i. 80.] καὶ τοῖς ἀλλας διάσπορα ἄρχοντα ἐγένεται, πλεύτης ταῦτη καὶ δημοσίη, καὶ μετοί, καὶ τοντούς, καὶ δοκεῖς, καὶ ἔχοντας, τοις τοῖς διαλογισμοῖς τοῖς τοῖς χρήματα Ἑλληνῶν ἔστι. omnibus rebus ad bellum necessariis optime sunt. instructi, et privatis et publicis opibus, et navibus, et equis, et armis, quanta in nulla alia Graecie pars aut regions est. Et florissimus quidem tam fuit populus Athen. in initio belli Peloponnesi. Post capitum autem a Lysandro Athenas (is enim exitus erat illius belli) tam vero multum accisus et attritus res Atheniensium fuerunt; pauculum restorescere et emergere denso et caput erigere et vires et opes recuperare desperauit postea tamen post ejectos 30 tyranos, ut legere est. apud Xen. hv. τ. ΕΛΛ. virtute ac. Cononise et Timothbei, aliquamque ducum præstantissimum. Postremo pars apparatus, ratio pecuniarum. Hoc enim syntaxis bellicis sive apparatus in 7 membra seu partes a Dem. est distributa, de quibus singulis distincte et sigillatim in hac oratione agit. Prima et principia pars apparatus bellici erat præmitudo animalium, ne unusquisque prompte et alacriter munere suo fungi velit nisi tergiversatione. 2. numerus τοῦ λατοῦ, sive

trierarchie. 3. multitudo triremium. 4. sumptus navales, sive pecuniae ad instruendas triremes. 5. armamentaria navium. 6. ordo et ratio navalium, sive stationes navium in Piraeo. De quibus singulis suo ordine disseruit. Restat jam ultima, sed non minima, pars apparatu, que est de pecuniaria. Quoniam vero ingratam fore populo praesensit hanc partem orationis, ideo miro artificio utitur, et insinuat se paulatim in animos audientium, et sensim et canto pede incedit, prograditur, et quasi obrepit tensio avaritiae. Cum ergo videret immunitate collectione opus esse, et maiore facultatum parte, quam tum populus, nondum adventu hostis perterritus, liberter contribueret; ideo in posteram differendam suadet deliberationem de conferendis ad bellum pecuniis, nec imprudentiarum de ea consultandam: nuno enim dum incerti tantum rumores sparguntur de adventu regis, vix aut ne vix inducetur populus, ut quoquaque conferant ἀξιόλογον, quandiu sc. in tuto sibi esse videantur. quod si non inanis hic metus fuerit, certumque periculum immoecat, urgenteque eos ad se et res et fortunas suas redimandas liberaliter prolixeque contribuunt, ex malis minimum yps. alij̄ et cetera etc.

— 18. σώματα εἰς ἡρακλεῖαν] omnes nostri oratores, omnes quotquot in hac loco verbū facere et orationes habere solent. ἡρακλεῖα adverb. locale, idem quod ἡρακλεῖα ex eo formatum. Doris adverbium (inquit Eusth. [p. 1839.]), etiā etiam Atticis usitatam. δωδεκάς εἴσιν, εἰ καὶ τοῦ Ἀττικοῦ τέττατα. Utique etiam Elam., quanquam Dorisano pro aliis dialectis non admodum assuetus. ἡρακλεῖαν τὸ δέος μίνεται σύντονος τοῦ ἀντίφαστος. Od. 2. [104.] et alibi. Ab ἡρακλεῖα ἡρακλεῖα circumf. ut ab ἡρακλεῖα, quod etiam Syracusane sive Dorion dialectum est. De adverbis igitur in e desinentibus ha Reg. observantur. (1) Adverbia desinentia in a diphthong. omnia sunt vel localia vel temporalia ut *αὐτός*, *καὶ*, *οὐ*, *εἰ*, *αλιοῦ*; *εἷς*, *δῶς*; *ἀπο*; *αὐτός*, *ταῦτα*; *ιδού*, *ιτάντα*; *ἡρακλεῖα*, *ἥκει*. (2) Adverbia desinentia in a circumflectuntur in ult. (præter *εἴη*, quod est pensio) ut *δέουται*, *δέοται*, *ἡρακλεῖα*, *ταῦται*, *εἰτε* et cetera. (3) Adverbia localia in a circumf. sunt ab aliis adverbis baruti. mutando ultimam vocalen in circumf., ut ab *ἡρακλεῖα*, *ἡρακλεῖα*, ab *ἥκει*, *ἥκει*, et juxta Eust. ab *ἥκει*, *ἥκει* (quanquam hec adverbii, *ἥκει*, falso me exemplum desiderare). Dico adverbia localia, nam illud *δέοται* temporale adverbium peculiare est, nec ab alio adverbio formatum. (4) Adverbia haec circumf.

in eis Dorica sunt et ex dialect. Syracos: Syrae enim dial. Dor. membrum est, ut paret ex Theocrito. Nam et diphth. Dores multum delect. ut ex frequenti ejus usq; apud eos videamus. ἀρματινοὶ δὲ τὸν ιδόντες in Theocrito legimus, et alibi raro, prius Idyll. Δ. [50.] ἡ γὰρ ἀκαρδία ἀρματοῦ μὲν ἡ διάταξις τὸν σφυρὸν σπina hæc jam modo me percussit, καυσανίτι, sub malleolo. Gr. Gr. ἀρματοῦ τὸν ιδόντες, πατὴ γλῶσσαν Σωκράτεος, posterius Idyll. ΙΕ. [1.] ιδόντες Πραξίνης; Eu. Γοργὴ φίλα, ἀς χένες; ιδόντες et infra in eodem Idyll. proverb. illo hemist. [77.] ιδόντες πᾶσαι, ἐς τὰ νῦν τὸν ἀπαλλάξαν.

— ibid. οἱ λέγοντες sunt oratores vel rhetores, et sic passim apud Dem. alioque oratores Atticos. Nec enim aliter commode verti potest Lat. Gr. hoc particip. quam per subst. nomen Lat.: qui enim ad verbum hoc modo redderet πάρεται οἱ λέγοντες, omnes hic dicentes, parum eleganter, immo vix congrue Lat. loqueretur. Graeci sunt et παλαιότεροι et φιλομέτοχοι quidem; ut abundant participiis, ita et iis, multum delectantur. Et de aliis participiorum usibus alia, cum opportunitas locutus erit, hoc tantum imprecentiarum observo, viz. Apud Gr. participia nonnunquam cum articulis eleganter ponit pro substantiis, nec aliter Lat. reddi posse quam per substantivas, quod a Gram. inter regulas suas de syntaxis participiorum miror non esse observatum. Afferam igitur exempla quorundam participiorum, quæ hoc modo pro nominibus ponuntur præsertim apud Scriptores Atticos. ὁ κακτημένος pro δεσμώτης, herus, dominus; ἡ λευκωσία pro πατρί, patria; ἡ τεκνώσις pro μάτηρ, parente, mater; ὁ βασιλεύς pro βασιλεὺς, rex; ἡ τεγέφορος pro προφέτῃ, nutritrice; et πατέρας pro συμπτέρῳ, consive qui adsumit; sic et λέγοντες pro φήσει hoc in loco. Plura alia sunt hecmodi apud elegantiores Gr. quæ usus et observatio melius docebit. Particip. κακτημένοι babemus quidem hoc in loco sensu proprio et usitato pro possidentes, ταῦτα δὲ οἱ κακτημένοι: frequenter tamē apud scr. Att. pro nomine ponitur hoc participium et per nomina exponentum est, ut apud Heliодor. I. ii. [c. 12.] ὅτας οἵμες πρὸς τοῦ κακτημένου διατεταγμένοι. sic opinor a domino imperatum erat. et sic alibi apud eundem suavissimum auctorrem, ut ἡ λευκωσία pro patria et ejusmodi plura sunt. Et paucæ quedam participia plane degenerarunt in nomina, et pro nominibus ἀνθεύστοις καὶ ἀποφασιστοῖς ponuntur, etiam apud communiores Gr., qualia sunt, δὲ ἄρχοντα, princeps; ἡ περιφέρεια et ἡ σιμαριά, sc. μάρτια, sors, fatum; ἡ συριακῶσι pro ἡ γυν., uxor, quasi collabilians, et ἡ ἱερωμένη eadem. Rustath. alicub. λαμβάνονται δὲ καὶ μετοχαὶ ἀρτὶ δομέατος, ἀς ἔτει τὴν τεῖνες φαμεὶ ἱερωμένην, arti-

τοῦ γυναικός. Sic ip. Gr. texta sacri Codicis, ὁ πινάκων, ὁ πινακοστός, participium pro nomine; qui tamen ibi non tam Atticissima est quam Hebraismus. Sunt enim nonnullæ dialectorum et linguarum συμφωνίας. Heb. autem, cum verbilibus destituantur, vice eorum participia usurpant, itaque ὁ πινάκων est ὁ πινακοστός.

— 21. Λοι τὸ πλῆθος τῶν τούτοις χρησιμοῖς si quot oratores, tot essent oracula, si una cum oratoribus alii totidem vaticinarentur; si tot adesserent vates quot rhetores, qui hoc predicerent, regem scil. venturum; et populū, ne sic quidem crederent, nec in animos inducerent pecunias conferre in publicum. Videtur hec phrasis proverbii speciem præ se ferre, siδ̄ εἰ τολλοὶ χρησιμοῦσιν, πινακούσιν εἰτ. de hominibus incredolitis qui aliquid futurum non credebat, et alii milieates prænosoerent et tanquam ex tripode, prædicerebat, et oracula funderebat. Sic cum multorum hominum linguis et rumoris miram quippiam et παράδοξον futurum jactetur, quod nos nulli credimus, nec nisi ad Gr. calendas futurum existimamus; merito usurpari possumus proverbiam hanc sententiam; siδ̄ εἰ λοι τὸ πλῆθος τῶν τούτοις χρησιμοῖς, ne sic quidem credam scil., ἀλλ' ἔμεις οὐδὲ ἀς πινακούσια, "credat Judæus Apella," τὸ δὲ τις οὐ ταχυποδεῖ, at non ego credulus illis. Heiō affine dictum illud παραπομόδιον apud Strab. I. ii. [c. 4. init.] πούδ̄ ἀν τῷ Ἐγερτινούσι τις λέγοτι, de narratione parum probabilis, quam ne Mercurio quidem credat aliquis narranti, proprie de peregrinatis, qui narrare solent prodigios, peregrinationis autem præses Mercurius. Et illud alterum apud Plut. in vit. Caton. Uticens. [c. 19.] τοῦτο μὲν αὐτὸν Κάτωνος λέγοντος πιθανόν ἐστι. hoc quidem incredibile est, etiamsi dicat Cato. Catonis enim apud populū summa fides et auctoritas fuit. Dubius hisce adagii, sive dictis adagibilibus, ἐκ τῶν ἑρμηνῶν desumptis, libet attexere duo alii his finitima, aut certe non prorsus dissimilia, ex sacra pagina. Primum occurrit Loo. xvi. ver. ult. οὐδὲ ἔτει τις ἡ περιθῶσι τοῦ πινακούστου. nec si quis ex mortuis resurrexerit credent aut persuaderebuntur. Alterum Galat. i. 8. λαὶ ἄγγελος οἴστρον ειπεγελέτεται. si angelus quidem de celo tam bonum numnum afferat. Ita enim generaliter accommodari sicutique possunt ea verba ad quodvis bonum numnum, cui fides vix aut ne vix adhibetur. Ad altiora licet mihi hec politica transferre, et certe ad Theol. aptissime mihi videtur accommodari posse hic locus Demosth.: Si concionatores omnes, si vates, si angeli de celo, hominibus prædixerint, promouerint, ἄς ἤκουσι βασιλεῖς, Christum regem jamjam venturum, jam adesse, ant

mortem regem terrorum jam instare aut uidesse, ne sic quidem credent, nec vel pilum dederint de bonis suis, nec in pauperes, publicum illud Christianorum gaphylacium, quicquam contribuerint. Quod si rex iste revera venerit et mortis hora ingruerit, tum pelle pro pelle et omnia quo quis habuerit pro vita sua.

— ult. δέ τις οὐχ ιανὸς δόμος] qui non liberaliter daret. *ιανὸς*, idoneus, sufficiens, cum de persona; *amplus*, multus, copiosus, cum de re dicitur. atque ita hoc in loco *ιανὸν δῶμα* est largiter et liberaliter dare et conferre pecunias. At *ιανὸν δῶμα*: apud poster. Gr., et principie jurisconsultos, longe aliud est, viz. *satis dare*, h. e. cautionem dare et interponere, *to put in security*, unde vox composita *ιανοδοσία* apud Theop. Gr. *Juris. satisfactione, vadimonium, et ianodōma δῶμα*: idem quod *ιανὸν δῶμα* in sensu forensi. Lat. dicitur “*vadimonium prestare*,” h. e. spondere, et “*vadim se pro alio constituere*,” sponsonem pro alio facere judicio sistendi, *vulgo to bail, or put in bail*, pro altero, atque hoc proprius est *ιανοδοσία*, et *ιανὸν δῶμα*. Huic respondet *ιανὸν λαθεῖν*, *satis accipere, to take bail, quo* et Rom. *juris vox est*, qua usus Lucas in Act. xvii. 9. καὶ λαθέτε τὸ ιανὸν ἀπὸ τοῦ λάσπου, Vulg. accepta *satisfactions*, nos took security, data sc. ab eo cautions, vel acceptis fidejussionibus aut sponsoribus. Ita Syrus et Arabs: “Et accepterunt fidejussiones” aut “*sponsores ab Iasonē*.” Arab. *pha achadhu cu pha la an caphylon* est sponsor. viz. *Iason hic et amici ejus satis dederunt judicio sisti Paulum et Silam si opus esset, ut optime hunc locum interpretatur doctissimus Grotius suis Annotationibus in N. F.*: qui et huic resert illud in Evangel. Maro. xv. 15. *Ιανὸν παιώνα*. Pilatus volens populo *satisfacere seu gratificari*. Cujus tamen phrasēs alia ratio est eo in loco: neque enim ibi in significacione forensi (sed communi) usurpatū, ut et hic *ιανὸν δῶμα* apud Demosth., quod idem valet ac illud in N. F. [2 Cor. ix. 6.] οὐ σύλλογος στρατός, benigne, liberaliter dare, εὐτῷ τῷ θυλάκῳ, ut loquuntur Gr.; et illud alterum in Evang. *βάλλειν vel καταβάλλειν πολλά*. [Mar. xii. 41.] καὶ πολλὰ πλεόνα μεταβάλλειν, denique apud Matth. xxviii. 12. eadem omnino phrasēs et iisdem ſere verbis occurrit, nisi quod add. subest. ἀγρίης. συμβολιον λαθεῖται ἀγρύπνα ιανὸν δῶμα τῆς στρατιώτας. pecuniam copiosam dederunt militibus seq. autem ver. 14. λὰ διανοθῆ τῷ τοῦ ληψίου, ἡμές πειρομένοι, καὶ ἡμᾶς ἀμφίμανος πανορμούς. vos se-euros reddemus, secure you or put in security, cautionem dabimus pro vobis, h. e. *satis dabimus prō vobis*; *ιανὸν δῶμαν vel ianodōmā* δύσματα ὑπὲρ ὑμᾶς. *ιανὸν δῶμα*

τοῦ στρατιώτας est amplas pecunias militibus dare; *ιανὸν δῶμα* τῆς στρατιώτας est sponsorem esse, *ιανοδοσία* vel cautionem dare pro militibus, eosque adeo ἀμφίμανος γενεῖ. Sed jam a sensu et significacione hujus vocis ad formam ejus et analogiam accedamus. *ιανὸς* derivatur ab *fw*, *ιανεῖαι*, *venio*. Si de re, illud est τὸ *ιανόν*, ‘quod ad plures pertingere et advenire potest.’ Bustath. [p. 394.] *ιανὸς* ὁ τὴν διαταξιδεύοντας *ιανὸν δῶμα* ἀρχόμενος, si de persona, is est *ιανὸς*, ‘aptus, sufficiens et idoneus ad quamvis rem, qui prompte et expedite ad eam pervenit.’ *ιανὸς* oriri a verbo *ιανεῖαι*, hinc apparet, quia *ιανόν* et *ιανεῖαι*, *ιανόμενος*, idem sunt: nam *ιανόμενος* dicunt Gr. quod est τὸ *ιανόν* καὶ τρίτον, debitum, sufficiens, conservans, *equum, congruum, idoneum*. Aristot. Polit. vii. [c. 14.] ἔται τούχη τῆς *ιανεῖαις* δικιαζα, cum ad debitam et idoneam etatem pervenerit. Herodot. [vi. 84.] ἀρχόμενος δὲ μᾶλλος τοῦ *ιανεῖαις*, conservantem cum iti plus quam *equum* aut *conveniens* esset. et paulo ante [c. 65.] φὰς αὐτὸν οὐχ *ιανόμενος* βασιλεὺς τῆς Σπαρτιάτων, non rite nec debito more regnare Spartani, regnum in Spart. tenere. Sic τόπον μᾶλλον τοῦ *ιανεῖαι*, bideris plus quam decet aut conuenit aut sufficit, q. d. plus quam ad nos pervenit, perlingit, pertinet, more than comes to our share. τὸ *ιανόμενον* μέρες idem quod τὸ *καταβάλλειν μέρες*, portio nobis debita aut conueniens. Thucyd. I. i. [o. 99.] χρήματα ἐπέβαρτο ἀντὶ τῶν πονῶν τὸ *ιανεῖαι* ἀνάλογα φέρει, pecunias pro rata etiā sumptus faciendo pro rata quicunque portione conferre statuerunt. Sibol. τὸ *ιανεῖαι* ἀνάλογα· τὸ δηνῶν εἰς παραπλαστὸν τὸν πονόν, et iterum: τὸ *καταβάλλειν* *ιανότητα* τιμάμενος τῆς πονῆς καταβάλλειν, sumptus cuique debitos et convenientes facere pro suo eniāque censu. Ab his *ιανός*, media brevi et accentu in ult.: verbum tamen *ιανόν* ab eodem *fw* media syll. longa, ut et *υχέων* αὐχέως, cum reliqua omnia verba hyperdisyll. in *fw*, illud in pen. corripiunt; ut jam antea me observasse memini, et a in *ιανόν* semper producitur in carmine sed a in *ιανός* brevis. Observetur igitur hoc reg.: (1) Ex forma et analogia et quantitate et accentu hujus adjectivi *ιανός*, adjectiva omnia simplicia in re preceo: sunt oxyt., ut *ιανόδοσίς*, *μεταβάσις*, *ιανός*, *ιανός*, *σφεδαλός*, *μεταβάσις*, *ιανός*, etc. dico simplicia, quia complicit retrahit accentum ex reg. gen. ut *ἀνιανός*, et si qua sint similia. (2) Omnia adjectiva hypordisyll. in re preceo: a corripiunt illud a in penult., ut *ιανός*, *σφεδαλός*, *ιανός*, *ιανόδοσίς* etc. praepter unum *ιανός*, quod producit penult. (*ιανός* antem subtilis, tenuis, vel subtile et tenuis te-

gumentum.) [II. 2. 352.] ἵστη λέπτη κάλυψεν. omnia omnia hyperdiassyll. in αὐτοῖς habent pen. brevem. dico hyperdiassyll. nam diassyll. δαῦς; producit εἰ., [Odys. O. 321.] διὰ τὸ φύλα δαῦς οὐάρος. forte et μενὲς, rarus, tenuis, quanquam haec vox non occurrit mihi in carmine. (3) Adiectiva trisyll. in αὐτοῖς derivantur a verbis diassyll. breviando primam syll. si prius fuerit longa, et mutando εἰ in αὐτοῖς, ita ut illud αὐτοῖς sit mera hermantionum et servile (ut loquuntur Heb.), vel (ut Gr. Gram. magis loqui amant) mera terminatio adiectivorum paragogica. e. g. a ωἴδη fit γέλωντος; ab ἴδε, ἴδεντος suavis, jucundus: ab θείῳ, θείον τunicum genus quoddam subtile, linteum aut tegumentum: a στύδει στύδεντος, σφελάντης, vehemens, festivus, prosperus: a λειχῶν lingo, λειχάντης medius digitus, quod tamen substantivi formiam induit: a πέπλῳ, πέπλον, πέπλη, et assumendo διὰ corroborandam et rotundandam vocem, ἴδεντος, mollis, fluidus, quam vocem in Lexico frustra quiesceris, cum tamen occurrat apud Hom. II. 2. [576.] πέπλη πεπλαῖται πεπλόντα, πεπληρόντα δικαιαῖα, et apud Hesych. optimam poete glossatorem πεπλάντης τρυφέαν. Auctor tamen brevium scholiorum, qui Didymus esse creditur, ἴδεντος οἰδίσθουσα, εἰδίντος, διὰ τοῦτο ἡ αὐτῆς περιφύστας καλέμους, quasi ἴδεντος diceretur per metathesin πεπλάντης, a παρτι. intens. et δοτίον quatio, ob arundines ibi crescentes, que vix facilius vento agitantur et quatiantur. ἴδεντος δικαιαῖα, arundinetum tremulum, motabile, facile motabile. Sed hinc extra oleas πεπλήγως, etsi vultus περίγυμος: nam nos etiam ἴδεντος, ut arundines sumus, et facile fuitamus, et hac illuc agitamor, et quovis vento Gram. movemur, quovis accentu aut spirite abripimur, et in nullo certo loco constamus. Sed redeamus in gyrum quantum possamus. Ut igitur a πέπλῳ πεπλαῖται, ab ἴδεντος, a στύδει σφελάντης, a λειχῶν λειχανής, sic ab θείῳ θείον, οὐδέντος καὶ βραχινάλλοτος. Et quidem tum de hac phrasι θείον δούσαι, tum de hac voce θείον, θεάντες.

P. 292. 5. οὐλαῖον λοτὶ γέλως τοῦ μιδηρῆς] Ad verbum plus erit risus nullo. mirificas sane βραχινογία, et elliptica syntaxis, cui similem vix alibi reperiemus. major est risus nihil. vult dicere magis ridiculum fuerit, quam si nihil omnino contribueretur. οὐλαῖον λοτὶ γέλως τοῦ μ. —γελανθρώποι λοτοί, ἐπειδὴ μιδηροί λοτοί, εἰ μηδὲν μιδηροί πορφύραι. Usus est tamen alias Dem. hoc loquendi formula, vel certe non dissimili. Phil. Δ. [§. 4.] ιερᾶν γε γέλως λοτοί, ἣς χρέωμενα τοῖς πάργυμασι. quandoquidem nunc ridiculum est, prout nos res administramus. as we use the matter. Γέλως igitur in hac syntaxi ponitur pro γελάσιον, abstractum pro concreto, af-

fектus vel actus pro objecto, risus pro ridiculo seu ludibrio, pro eo quod derisi seu ludibrio habetur. Abstractum autem pro concreto auxesim facit in omnibus fere linguis, angetque et intendit significacionem: unde verba illa Phil. Δ. jam landata: ιερᾶν γε γέλως τοῖς πάργυμασι, olim hujus loci genius, sic interpretatur in Lat. versione quae publico existat: "Nam ut nunc res est, et ut a nobis geritur, nihil potest magis ridiculum excoxitari." Et ut res aliqua vel persona, quae deridetur, dicitur γέλωτα λοτοί, sic qui rem aliquam aut personam derisi et ludibrio habet, Gr. dicitur εαν γέλωτα πονισθαι et γέλωτα πίθεσθαι. Usus est hoc phrasa inter alios Herodotes non semel, ut [iii. 29.] ἀτάρ ται ὑμᾶς γε οὐ χαλέποτες γέλωτα λοιπά θύσεσθαι. at vos certe non impune me ludibrio habebitis, ubi obiter notetur illud οὐ χαλέποτες per meiosim diotum pro οιμάζετε, magno vestro malo hoc faciatis, οὐ χαλέποντο πονισθείη, non gaudebis hoc τα fecisse, magno tuo malo et dolore hoc factum lues. et οὐ χαλέποτες, comminationis formula, non gaudebis, οἰμότες, haec res tibi latitium non afferet, sed futurum est ut te poniteat. Verum hoc in περιόδῳ et in transitu, redeo ad phrasim eam de qua diximus, γέλωτα πονισθαι vel γέλωτα πίθεσθαι; cuius aliud exemplum reperio apud eundem histor. etiam eodem lib. [iii. 38.] εὐκαίσιοι εἰστι: ἄλλος γε δὲ ἡ μισθύματος ἀνέρα γέλωτα πάτησθαι. nemo nisi insanus res hujusmodi derideret, neque ludibrio haberet.

— ult. καταθέσται] Elegans usus hujus verbi καταθέσται vel καταθέσαι, depolare, persolvere, pendere, numerare, pecuniam ac., quae significatio non nisi apud Atticos et puriores Gr. in usu est. Aristoph. Ran. [176.] εἰ μὴ καταθέσους δύο δραχμάς, μὴ διαλύους, nisi persolveris binas drachmas, noli disserere. Demosth. noster in Neer. [§. 1.] προσθέτητα τὸ ἐπίλαστον, οὐ προσθέτει τὰς εἰσοις μηδὲς, καταθέσαι π. τ. λ. oravit eum, ut, addito quod debeat ad 20 minas conficiendas, persolveret. Sed et Herodot. Calliop. [o. 111.] ιατρῶν τάλαντα καταθέσαι τῷ ἦπε. 100 talenta pendere deo. Synes. Ep. quadam: πάντως δὲ ἡ περί τῆς τιμῆς κατάθη π. τ. λ. quicquid pro pretio solveria. Eodeum sensu usitatum est verbum καταθάλλειν, et quidem frequentius quam καταθέτει, ut in dicto illo proverbiali: αὐτῶν κατάθαλλε. Aristot. Econ. ii. [§. 4.] de Byzantin. ὅτος δὲ νόμον αὐτοῖς Μήτρα πολίτης ἐστὶ μὴ μὲν ἀγροὶ ἀμφορίεστοι, ἢ χρημάτων διεστίτει, ἐπειδή τοις ἐπος οὐτα, αὐτοῦ καταβάλλεται μηδὲ λ', εἰς τολίτων. cum apud eos les esset, Non habendum pro cive qui non utroque parente cive natus fuisset: egenes

potunia scitum seu decretum fecerunt, ut qui altero tantum parente civis natus esset, si 30 minas persolveret, pro civi haberetur. Lucian. Tox. [§. 31.] mīros mihi tūs μισθῶν τῷ δεσμοφύλακι καταβάλλων. cum incediā partem persolvisset carceris custodi. Idem Vit. auct. [§. 1.] εἰ δὲ τις οὐκ Ἰησος τοπαιούσα τάργυσιν καταβαλλούσι, εἰδίκτης εἰπειν, καταθέτας λυγήτων. si quis præsentes pecunias numerare nequeat, etc. et sic alibi apud eundem et alios. Theophrast. Char. Eth. Characterismo τοῦ αὐτοῦ: κατάδον εἰ γὰρ σχολάζω πέμπων. depone nunc jam, h. e. solve in manum pecuniam quam a me mutuo acceperisti, non enim vacat mihi pro ea mittere. ubi scrupulam mihi aliquam fuisse injecetam fatebor, cum ea verba exponerem: quia sc. neque memineram me legisse id verbum in eo significatu in voce med. καταθέσθαι, καταθέσαι, sed tantum in act. κατατίθεσαι, καταθίσαι. Si igitur is sensus loci fuisset, debuissest esse κατάδον, non κατάδων: et permotus eram auctoritate M. Casauboni, cuius haec verba sunt ad eum locum Theophrast. "Si legoretur κατάδον, pro κατάδον, esset id solle nunc, quod Gr. dicunt αἴτθεσαι κατάδολλα." Sed jam melius edocetus sum ex eo loco Synes. jam laudato, ubi verbum istud etiam in hac significazione occurrit: δὲ τὰς δειπνές της τιμῆς κατάδην, quicquid pro pretio solveris. aor. β. med. subj. med. voc. κατάθεμαι, θη, θηται. quanquam revera καταθέσθαι in med. voce dicitur potius de collocatione gratissim aut beneficii, quam de collocatione aut solutione pecuniae: et dicunt χάριν καταθέσθαι longe frequentius et usitatis quam ἀργίσιον καταθέσθαι. Dem. Noster sive Palaest. [§. 51. fin.] τὸν ἀράνι καὶ ἀλόν χάρι τοῖς καταθέσθαι. ab istis occultum et incertam gratiam intire. Xen. K. P. [viii. 3. 26.] χάριν δὲ ἀνὴρ ἀγαθὸς καταθέσθαι δεκαιουν δι. gratiam aut beneficium in virum bonum conferre non recuerant. Sed et S. Lucas, qui inter omnes N. F. Scriptores maxime ἐλληνῖς et purissime loquitur, ut Critici Sacri pridem annotarunt, is igitur Lucas bis hoc verbo uititur. Act. xxiv. 27. Θίλων χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ιudeis, et xxv. 9. τοῖς Ιudeis. Θίλων χάρι καταθέσθαι, volens gratiam intire a Judeis aut Judeis gratificari. χάριν καταθέσθαι locutio est bene Graeca, Demosth. quoque usitata et Xenoph. Magno artificio uititur Demosth. in tota hac oratione de bellico apparatu adversus Regem Pers. Cum enim videtur se in lubrico loco versari, nec aperié auderet dissuadere nec prohibere ineptum illam servorem quo Populus Athen. in pugnam ferebatur, adeoque scopus hunc palam pertingere non posset; clanculum et per ambages et caniculos ad eum tendit et collimat, ita-

que id agit quod non agere videtur, dumque eos videtur ad bellum, siisque assentire, prohibet interim ac retardat; συντρίχιον δεῖται τῇ γνώμῃ, καλέσι. Οὐρ. [vol. vi. p. 65.] πᾶς δὲ τοῦτο εἰπεῖ; (Inquit Ille) νίσι προστάτης παρασκεψόντος, καὶ άντι τοῦ Ἐλλήνος μὴ ἐπιχειρεῖν. τῷ δὲ άντε τῷ Ἐλλήνος μὴ κατίσθαι λαμπτεῖς διανοέται. Eodem artificio procedit de re pecuniaria, bellī nervo: atque haec erat postrema pars τῆς παρασκεψῆς [ibid. p. 69.] τοῦτο δὲ λογίαν εἰσφέρει καὶ διαδίδει στρατιωτικῶν ἡγετίας εἰσφέρει δὲ γενέδαις πρᾶγμά τον κατηγορίαν οὐδείς κατὰ τὴν πόλιν. Ait igitur pecunias cum opes fuerit in prompta fore, ut si videatur bellum promovere; sed τὸν διηρέων λόγον ἴσχετερον εἶναι, et sic rotardat.

P. 293. 3. h. καλλίον] melius, commodius. h. καλλῖ, eleganter dicunt Graeci pro καλλῖς vel ὁ, bene, pulchro, commode, et h. καλλίον pro καλλίον, melius, commodius. et τοῦτο εἰσιν οὐκ h. καλλῖ λογια. hoc tibi non commode succedet. Sopb. [Electr. 384.] νῦν γὰρ h. καλλῖ φρονῖν. nunc enim utilis et commodum fuerit sapere. h. καλλῖ λόγος, commode et opportune venisti. Tbucyd. V. [c. 59.] h. καλλῖ ιδεῖαι: h. μάχη λόγοδαι. pretium iis prospere et commode cesserunt videbatur. Xen. Hellen. iv. [3. 5.] εἰ μὲν Ορετταλοὶ νομισταρίει εἰς h. καλλῖ εἶναι τρίπ τοὺς δειπνάς ιππομαχίν. incommoda sunt existimantes. Idem et οὐ καλλῖ et sic καλλῖ. Polyb. i. [81. 9.] οὐ καλλῖ ποθέσαι τὴν τολεράνην τολμαν. honestum existimantes talem audiam. Idem [Polyb. ii. 22. 10.] h. καλλῖ τίθεσθαι, vel h. καταλογούμενον, honestum ducere, in laude ponere; cui contrarium h. αἰσχροῦ τίθεσθαι, in vicio ponere, turpe et molestem ducere. Aristot. Eth. ix. [c. 8.] δέ h. αἰσχροῦ φιλάστερος δεκανοῦ. philautia fore in vicio ponitur, homines philautos appellamus probri aliquae contumelie causa, h. e. iis vitiis vertentes. Idem Rhet. I. [o. 3.] διλλά καὶ h. τελείων λαλάκαι τίθεσθαι. quin et sepius etiam in laude ponunt. idem est h. καλλῖ τίθεσθαι vel τίθεσθαι, honestum reputare, laudi ducere, in laude ponere, alioquin h. καλλῖ sine verbo τίθεσθαι referunt potius ad bonum utilis, quam honestum. Noteatur igitur haec discrimen in diverso usu hujus phraseos h. καλλῖ. "Εἰ καλλῖ εἶναι est commodum esse, utile, conducibile, (ut εἰς h. καλλῖ εἶναι, incommodum esse); at h. καλλῖ τίθεσθαι vel τίθεσθαι est honestum putare, in laude ponere, in priori usu denotat 'bonum utilis,' in posteriori 'bonum honestum.' Porphy. de Abstин. I. iv. τὸ γὰρ αἰσχροῦ h. καλλῖ τίθεσθαι. squalorem et illorum corporis in laude ponunt, honestum reputant. ridicule, perperam, et pro suo more, h. interpres vertit h. καλλῖ τίθεσθαι, inter pulceritudinis notas referunt. qui nihil mi-



nus intellexit quae Atticisum.

— 6. ἡ πάντας ἀναγραθῆναι] Nobilis hist. Q. Curt. [v. 13. 14.] “Fama maximum in bello momentum.” et iterum [viii. 8. 15.] “Fama bella constant.” et semper etiam quod creditum est, veri vicem obtinuit.

— 8. τριακούσις τριάρχοι] Celebris hic numerus 300 navium Atticarum, et a multis scriptoribus decantatus. Aristid. [vol. i. 371. ed. Jebb.] ἦν γέ τοι χρήσις, οὐ Ἀθηναίων, εἰ δὲ μὲν τὸν Καστελλόν καὶ τὸν ἴωνον τριάρχοις τριακούσιοι εἰσι. 300 μεμνιτει Thucyd., Eusebius., Strabo, et alii. Quin et ipse Cic. [in Ver. v. 37.] “Hic, te prætore, prædonum navales pervaegatis sunt, quo Atheniensium classis sola post hominum memoriam 300 navibus vi sc̄ multitudine invasit.” Solemnis itaque et nobilis et in omnium ore erat hæc Atheniensium classis 300 navium. *τριακούσις τριάρχοι* passim crepant Scriptores Attici, ubi de re navalی agunt.

— 11. παρεργασμόντων τρέψεων] instruuntur *trivates*, particip. præt. pass. active *simplum*: quod ut Atticos non insitatum, ita nec a Gramm. (quod scio) observatum est; quemobrem hæc annas nactus opere pretium duxi de pecuniali hoc usq; præt. pass. apud Att. Scriptores aliquid annotare. Sit igitur hæc sive regula sive observatio: ‘*Multa præt. pass. apud Atticos eleganter activam significationem obtinent.*’ quod de centro aor. pass. dici potest. Aor. eam pass. nec primus nec secundus unquam active significant; sed præt. pass. eleganter et frequenter. Non intelligo autem ejusmodi præt. pass., quæ sunt a verbis (ut vocant) *deponentibus* quæ activam vocem non habent, et quæ etiam in presenti activam significacionem habent, qualia sunt *δεδημαί*, *θημαί*, *προέρχεται*, *κάτηγοραι*, *βέβημαί*, *ἀφῆμαί*, etc.; hæc enim et hujusmodi non mirum si active significent, cum etiam in aliis temporib; abique activam significacionem habeant: sed ejusmodi verborum volo præt. pass. active significantia ex usu dialectus Atticorum. Libet pauca ex multis ex. c. adducere. Et quidem duo sunt quæ præt. aliis observavi, et quo frequentius occurserunt: unum *πεποίημαι feci*, *περιεργάσαμαι*, *περιεργάσαμαι feci*, *περιεργάσαμαι fecerunt*; parco exempla, quia utraque pag. occurserunt apud Scriptores Atticos: alterum est *κατετραμμέναι αὐτεῖ* (a *κατετράφει* φῳ), *κατετραγμέναι αὐτεῖ*; cuius exempla apud Dem. non infrequentia, ut Phil. A. [§. 7. fin.] et alibi passim. Jam et alia etiam annotavi, lioc non tam abique obvia nec usitata. Tali est sūptem pro aliis, Eusebius. adv. Ctesiph. [§. 10.] *χρέματα πίμφας Δημοσθένεις ὡς ἀλεξανδρός*, *ἄλλου τινα σύρταις καὶ διαληγεῖς, καὶ πολ-*

λὺν πολλαῖς πεποίηται, ubi in eadem sententia est et sūptem et πεποίηται pro εἴγεναι et πεποίηται. Sic πεποίημαι pro πεποίησαι, a πολὺν πρεβει, Eusebius. ibid. [§. 10.] ἤδη πεποίηται (pro πεποίησαις) τῷ σαντοῦ ἀνάδηλα. πιάται aut subiecta suppedantur. Ἐνδιδύμαται active pro ἕνδιδύανται vel ἕνδεικα, Noster pro Cor. [§. 4.] ἔμα δὲ ἐν αράπι πάντα τὰ χρέα τῶν νέων ἕνδεικαν. εαυτον benevolentiam quam omni tempore mihi exhibuitis, vel erga me ostendistis. Παρεργασμα, prebui, pro παρεργάται vel παρεργάτη, Id. ibid. [§. 10.] πελλάς καὶ μεγάλας χρείας παρεργάται τῷ δέμῳ τοῦ Ἀθηναῖον. multas et magnas utilitates attulit. [Id. ibid. §. 10.] πάντας παρεργάται pro παρεργάταις, ab αὐτριαῖς, παρο, αρραρο. Κατεργασμα pro κατεργασμάναι vel κατεργασμάναι vel κατεργασμάτιν, Olymp. G. [§. 9.] ἵνα τὰς ἓπιας εἰλατ τῶν δημοσίων εἰσοδημάτων σφραγίσῃς εἰσὶ κατεργασμάτιν. επιτρέπονται vel adornantur. Προστέτατας pro πρωτίσταις vel πρωτίσταις, mandavit, πρεξεπι, a πρωτίσταις. Arrian. I. i. [§. 6. 21.] πρωτίσταιτο μὲν διαδοθῆν τὴν ἄλλην στρατιῶν, γιασσεται reliquum exercitum sequi. Βεβήλωνα pro βεβήλωναι vel ἕβαλτο, περιει. Plut. Jul. Ces. ἕβαλθήμεν τα τῷ περιπτῷ fulmine te percussisse. Sic hæc παρεργασματινοί, pro παρεργασμάταις vel παρεργασμάταιναι.

— ibid. μηδὲ τὸν μαίνοντε] nec si valde iniatur, formula apud Atticos usitata, praesertim apud Plat. qui sic loqui amat: εἰ μὲν μαίνομαι, πανquam hoo vel illud faciam, vel equidem ita faciam, ita sentio, eo animo sum, εἰ μὲν μαίνομαι, nisi insensu sim vel quadiu sim sensus. ut in Protag. [p. 167. ed. Bip.] φέρε δὲ, τὸν ἀριστὸν καλοῦ τι φέρείναι, καὶ, ἀς καλοῦ ὅτε αἴτοι, σὺ δέδηκαλος σαντὸν παρέχεις; resp. alter. εἰ μὲν μαίνομαι γε, q. d. qui enim alteri nisi insensu sim. Aristoph. Thesm. [470.] μισθὸν ἄδειον μαίνομαι, εἰ μὲν μαίνομαι. Horatius, qui passim ἀλλωγένη, hanc etiam phrasin imitatus videtur, 1 Sat. V. [44.] “Nil ego costularim jacundo sensus amico.” sensus, εἰ μὲν μαίνομαι, μὲν μαίνομαι. Aristot. Ethic. iii. 2. obi de ignorantia facti que causatur involuntarium. ἐν γέ τοτε τῇ ἀγορᾷ (aliquid ex circumstantiis, sc. active), διανοιαὶ παράται. ἴσως οὖν εἰ τοιούτοις αἴται, τίνα, καὶ πώτα λοτι, τί τα δὲ, καὶ τί, καὶ περὶ τί, ἢ τὸ τί, περίται, διότε δὲ καὶ τίν, εἰσ ὄργανα, καὶ ἵνα τίος, εἰσ σωτηρίας, καὶ τῶς, οἷος ἡρέμας ἢ σφέρα. ἄποτα μὲν οὖν τοῦτα σίδης ἀγορᾶς μὲν μαίνομεν, ἵνα omnia nemo ignorare poterit, εἰ sensus sit, nisi forte iniuriat, σωφρῶν, Eustrat. Simili; enim plane formula apud Thucyd. εἰ σωφρονεῖται, εἰ επιμιτούμεν, ut I. iii. [§. 44.] οὐ γέ τιπερ τῆς λινίου ἀδειας ἡμῖν δὲ ἀγορᾶς, εἰ σωφρονεῖται, ἀλλὰ περ τῆς ἡμετέρας, εἰσβαλλεῖται, πον επιμ

de illorum facinore nobis est certamen, si sapimus; sed de utilitate nostra, ut nobis recte consulamus. si σωφρονόμων, si μη μανιφέστων. Lucian. [Phal. alt. §. 10.] τείχες γὰς οὐδὲ εἰ τι μεῖνον, εἰ σωφρονήτες, διάγνωστοι τρύποι.

— 14. *ἰστριγέραται*] Cum insin. seq. imperson. libet, cupido me incessit, subit mihi in mentem. *ἴστριγέραται* μοι τόδι καὶ τόδι πουσίν. ita Lat. subit mihi hoc facere, incessit, εἰς τὸν ἤρχεται, Noster adv. Lept. [§. 17.] ἀντὶ τοῦ διὰ τὴν πρᾶξιν εὑρίσκεται, στριπται τῆς πατρός, ἀντὶ *ἴστριγέραται* μοι πράξους ἐγεράζειν τοὺς ἐν Κορίνθῳ φυγότας. incessit mihi, fert mihi animus. Arrian. Epict. I. 2. [οἱ *ἴστριγέραται* μοι, οἱ μαρτραὶ τρεῖς ξένοις δεμένοις, non venit mihi in mentem, Int. illud non reputo. Paucum aliter Herodot. [vi. 107.] καὶ οἱ ταῦτα δίεσσονται πράξιν. eique hec transigenti accedit sternutare, ubi non est in mente venit, sed casu accidit. Aristid. *ἴστριγέραται* μαρτρῷ στενῶν, et *ἴστριγέραται* μοι ἀπορεῖται, in animum mihi subit ostendere.

— *ibid. ἀφορμῇ*] Vid. alibi.

— 15. ὁ μὲν γε χρυσός, ἡς φασιν, δύο:] aurum vobis. Dixerat supra ducentos et mille camelos regias pecunias vehere. Incredibilis certe pecunias vis, si tot camelii nummati fuissent. Sed (opinor) Demosth. hyperbole et καὶ αὐτὸν et in terrorem ibi amplificat regias opes et pecunias; hic vero elevat et extenuat, viz. diverso animo et scopo; nam in priori illa parte orationis, ubi agit de re pecuniaria, sousat Athen., ut illud caput consultationis πρὸ τὸν στρατοῦ, de contributionibus ad bellum et stipendia imprestitiarum omittentur et in posterum differant. οὗτοι φυρικοὶ μὲν λύσιον πολὺ πρὸ χρημάτων, quare? sc. novit quippe et previdit eos nec libenter nec liberaliter contributuros, donec certius quid constatiter de adventu regis, donec gravius periculum imminueret bellique necessitas proprius argeret. “Quantillum enim est (inquit), Athen., quod vos imprestitiarum confertis, viz. 60 talenta, aut forte 120? at quid hoc est ad ducentos et mille camelos?” καὶ τοῦτο δέ τοι τοῖς διαυστοῖς καὶ χιλίαις καπάλων ἡς βασιλεῖα τὰ χρήματα δύο φασιν αὐτά, hi sc. qui Regem Persarum expeditionem in nos suscipere dicunt. Eo igitur in loco amplificat regias pecunias ob rationem quam dixi; hic vero cum aliud agit, eadem extenuat atque potiore esse Athen. conditionem etiam in re pecuniaria: εἴ γε τοι χρημάτων κ. τ. λ. Hic enim ei scopus est origere et excitare et animare suos Athen., non quidem ad arma nunc statim temere capienda, (quod alii Rhetores suaserunt), sed ne animos in posterum despondeant, nec copiis et potentia Regis terreatur, aut con-

sternentur ad bellandi tempus adveni. quippe nihil iis defuturum cum opus fuerit, quia cum necessitas urgat et omnino belligerandum sit, optimè eos instructos et manitos fore et armis et navibus et copiis et militibus et pecunias et omnibus denique ad bellum necessariis. Atque hec *ἴστριγέραται* obiter annotare visum est, ne quis putet Demosthenem nostram *ἴστριγέραται* et contradicentia loqui, modo extollentem regias opes et pecunias καὶ αὐτὸν, modo deprimentem καὶ τὰ μάστιγα. Sed quorsum tantum auri pondus secum in bellum afferret Rex Persarum? viz. non solum ad tolerandos belli sumptus milites que conducoendos, sed etiam ad mercandores corrumpendosque hostes et proditores allicioendos. Nimirum notum illud Philippantia oraculi ‘Ἀργυρεῖς λόγχαις μάστιγες ετοι. et oni non auditum ejusdem Philippi apophth. ‘Nullam aroem adeo esse mastigam, in quam asinus auro onastus non possit intrare.’ Quod si asellus auro onastus tam potens sit in bello machina, quid dicemus de 1200 camelis Regis Pers. auram vehentibus? Certe nonnunquam pecunias plus prosum in bello quam arma, copia quam copiae; et auro citius quam ferro viacuntur hostes, quoquid dicat Solon apud Herodotum. Philippus profecto nec alia machina Olynthum expugnavit aliasque Gr. urbes, nec alio fore srieti eorum muros quassavit quam aureo bove. Nea mirum igitur, si et ante eum Rex iste Persarum eadem machina Gracos aggrediebat; ideoque magnam attulerit vim, et vere vim, magna enim auri vis in bello est. Dicite pontifices in sacris, dicite vosque duces in castris, quid facit aurum. At valeat aurum inter milites quantam valere potest: non valebit tamen (spero) arras Persicum ad corrumpendos Gr. Rhetores aut oratores Att., saltem nos Demosthenem; utinam saltem ille immunis sit ab hac labe ἀπολελειπει, nec nimium ejus oculis affulget ἡ χρυσὴ τοῦ βασιλεῖος. Quid oratori Gr. oem pecunias Persicis? tracent fabrilia fabri, tracent potius illi ferrum quam aurum Regis: et quam sego inducor ut secus quid suspiceret de hoo principe oratorum, quicquid scripsiter Plutarchus. Atque haec est bateus duploē auri usum in bello, et quare Persaram Rez, si forte, contra Gr. χρυσὸς δύο. unum apertum et honestum, ad sustentandum exercitum; alterum subdolum et occultum, ad corrumpendam hostem: in priori aurum est nervus bellum et eos fortitudinem; in posteriori excedet pruditionis [sic]. Quod si ad pompam et ostentationem aurum etiam in bello gestatur, nihil profecto vanius nec incommodius. Hoc tamen apud barbaros et principes apud Persas in mare

positum fuisse constat ex fulgido illo et gloriose et splendido Dar. [Quint. Curt. l. iii. 2. 12.] "Nitet purpura auroque, fulget armis et opulentia, quantam qui oculis non subjecore, animis concipere non possunt." "Argentum istud atque aurum ad conduceendum militem mitte," inquit ibi Charidemus Atheniensis, immanem illam pompam apud Durium liberae et honestae orationes perstringens, qui tamen mox *ωρίστοις* suam capite luebat. Aurum in pectio gestare, auro et gemmis ornari, non fortium virorum et militum, sed mollium et effeminarum hominum, immo feminarum et puellarum, est: unde Amphimachum quandam Cariss ducem notat Homerus, tanquam *θυλαῖαν καὶ γυναικίαν* καὶ μαλακὴν [Il. B. 872.] "Ος καὶ χρυσὸς ἔχει πλάγανθή Ισ., οὐτε πούη, Νόπιος, οὐδὲ τι εἰ τὸ γένεστος λυγόν διέσει. In pectio ibat aurum gestans, tanquam puella, οὐ si Veneris potius quam Martis castra sequeretur; siquidem χαλκὸς εστὶ Ἀρης, χρυσὸς Ἀφροδίτης. Eiusdem fore farine miles fuit Euphorbus ille de quo idem princeps poetarum [Il. P. 51.] Αἴματοι οἱ δύο τροποι, Χαρτεστοῖς ὄμοισι, Πλοχμαὶ δ', οἱ χρυσοὶ ταὶ ἀργύρῳ ἴσοντα.

— 16. καὶ γὰρ τὰς κόπεις . . . λαμβάνῃ

Insignis Gnoine. Nam et sententias et aphorismos in orationibus suis habet etiam Demosth.; et si forte non adeo frequenter ac alii auctores, Histor. presertim Gr. ac Poete. Quantumunque aurum habuerit, quantumque pecuniae secum attulerit Rex iste Persarum, tamen non est hic quidem potius inexhaustus. Magnam habet auri vim, sed et magne impensis ei faciende sunt: multum habet pecuniae, sed et multis militis partim aliendos partim conducendos, qui hanc garam exhaustirint et camelos ejus suo onere levarent: quantumvis grande id fuerit, multorum manus et ventres illuo accedent. Eccl. v. 10. "Ubi molles sunt opes, multi etiam sunt qui comedunt eas." Quo spectat egregia illa dissertatione Cyri apud Xen. K. II. l. viii. [c. 3. 41.] ubi ait se nihil feliciori esse, quod multi possebat; sed hoc tantum adeptum, ut plures sumptus faciat, et plures etiam curas pluraque habeat negotia. τολλεὶ μὲν εἰστραῖ στροφαὶ τῶν, τολλεὶ δὲ παινῆ, τολλεὶ δὲ ἵματα, etc. et tandem concludit [§. 44.] διάγαγε δὲ τοὺς τοὺς τολλαὶ ἱχναὶ τολλαὶ καὶ δεσπόται καὶ εἰς φίλους καὶ εἰς ἔρωτες δέρεις εἰς λεχυνῆς χρήμασιν θέται, εἰς τοῦτο, τούτων καὶ δεσπότων λεχυνῆς ἀνάρθει. Nulla certe est adeo abyssus opulentiae humanae, ad cuius fundum perveniri non licet; nullus divitiarum fons tam largus aut potens tam profundus, qui non multis et magnis sumptibus siccari possit et exauriri. solus divinis bonitatis fons perennis est

et patens inexhaustus, qui οὐδεμὲν σιδηρᾶς θελαῖαν πίψει, καὶ τις δε' αὐτῷ ἀδράνι καὶ τολλεὶ λαμβάνῃ. Et tamen Papa nescio quis Angliam vocavit Putum inexhaustum, quippe quod exinde tantum thesauri quotannis exageret. Ut non miram si bolum tantum sibi erexit et fanubus doleat triceps ea bestia. Cerberum enim omnino licet Orosi janitorum se profiteatur. Proverbium est apud Gr. τὰ φέρα ἀπτλόμενα βελτίω γίνεται. putei si hauiantur meliores sint. Clem. Alex. Strom. I. i. τὰ φέρα ἀπτλόμενα διδότερον έσος διελέσθαι, καὶ τὸ σύντονον ἐχόντος καθέρωτον φυλάσσει. putei hausti simpliciorem emittunt aquam, et ferrum usus purius servat. et Basil. ep. καὶ γὰρ τὰ φρέστα, φασί, ἀπτλόμενα βελτίω γίνονται. est Σελτίω forassem melioris sed non plenioris putei: putei sunt profundi, sed fundum habent. Habeat igitur Rex Pers. magnam auri copiam: sed ejus aurilaua liquebet et consumetur; ut ejus pesus non est inexhaustus; putem secum habet, non abyssum. Ait igitur Demosth., quantumvis jam abundet auro Rex Pers., illius tamen pecuniam facile consumptam iri, nec aliunde eum in processu subsidium habitorum: Athene vero, qui e sua regione per vias et partes accipiunt, pecunias aliasque res ad bellum nunquam defuturas; quandominum enim suum agram teneant et possideant, vel dum subsidium illud ex se habeant, fieri non posse ut pecunia indigeant. Ulpius. [vol. vi. p. 69.] τὸ μὲν ἰσινον ἥρδιον ἀναλόθεσθαι, καὶ μιδαριῶν ἦσαν ἰστικευεῖσαν Ἀθηναῖς δὲ, εἰ τοῖς χέρας κατὰ μέρος λαμβάνονται, μιδώσται τὸν ἀναγκαῖον ἀποστούνται.

— oīt. oīt. h. Μαραθῶν] Marathon et pugna Marathonia oratoribus Atticis passim in ore est et utramque paginam apud eos facit: hec est eorum Helena: hic serio exultat et triumphat eorum oratio. Mōrem hunc Rhet. Atticorum Marathonem ad nauseam incoluicandi et nequiter (ut solet) tangit Lucian. Dial. Rhet. precept. [§. 18.] Τινὲς τῶν δὲ ὁ Μαραθῶν καὶ οἱ Κασταγεῖς, οὐδὲν δὲ τοῖς γένοτο. (πρε omnis vel supra omnia, ita enim verti debet; non in omnibus, ut interpres), ante omnia ne omittatur Marathon nec Cynegirus, sine quibus nihil fieri potest. omittit hec, et omittit omnia, uti nos vulgo. Erat autem Cynegirus insignis ille dux Athen., qui in hac pugna Marathonis, Persis jam ad mare et classem suam pulsis et fugatis, navem hostium dextra primum, deinde ea abscoisse, sinistra; tenuit, et utraque demum manu amputata, eandem dentibus prehendit morsaque detinuit. Testis post Herodotum Justinus, aliquis. Facinus hoc Cynegiri, ambabus manibus truncatis, oratores ambabas manibus arri-

puerunt, tanquam insignem ansem τὸν ἰδίαν; et praeclarum eloquentis sum argumentum. Nihil igitur aliud fere creabant in orationibus, quam Marathonem et Cyneigirum, ut meritissime dixerit αἰτιολόγως: ἦν τὸν δὲ π. τ. λ. Quod et ἀπαραμένης videtur mihi non inconcinnus dici posse de re quavis, quae caput est et praecipuum et maximi momenti, et quod nullo modo potest omitti in argumento aliquo; quod passim inculcat ab orat.

τε triumphant oratio δέ τάσσεται καὶ τ. τ. λ. Plutarchus certe pugnam Marathoniam fere a trecentis historicis descriptam esse affirmit. Quanquam ex Gr. hodie qui existant, duo tantum historicci (quod scio) Herodotus sc. et Diodorus Siculus, Marathoniam hanc pugnam scriptis suis consignarent. Miltiadis trophyum ad Marathonem non sinebat Themistoclem dormire nec Rhet. Att. tacere. Atque hinc juramentum illud sollempne inter Athenienses: οὐ μὰ τοὺς ἵνα Μαραθῶνας στρατεύεται, quo jurarunt per eos qui in Marathonē oculosnerant, ac si maiores in divorum et indigetem annero haberent, qui in puelio illo celeberrimo tam fortiter pugnantes pro patria obierant; et ἵνα δῆλον, supra sphæram humanae nature, collocarent. Hujus juramenti Attici meminist inter alios elegans ille soura Locianus in Demosth. Eacom. [§ 49.] Celebritas hujus pugnae Marathonis locum etiam fecit Græco illi adagio quod exstat apud Said, μετὰ τὴν ινα Μαραθῶνα μάχην, post Marathoniam pugnam. quod parallelum faciat pergamographi alteri illi proverbio notissimo: μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. post bellum suppedit. post cibum sinapi, ut nos vulgo. Chiliastes nescio quare aut unde aut quomodo alio transfert heo adagium ad denotandum malum complicatum; et sic effert μετὰ τὴν Μαραθῶνα μάχην, post Marathonem pugna: quod dici potest, quoties una pugna post aliam, unus tumultus post alium, unum bellum post aliud, exoritur. Faxit Deus, ne hoc sensu nobis sit μετὰ τὴν Μαραθῶνα μάχη. Sed versor sane, ne et ego etiam (instar Rhetorum Atticorum) nimius sim in Marathonē.

P. 294. 5. Ιν' Ὁφέρρα—μαθθεφαρτοῖς] Alii his intelligent decem, Myōs sa-trapam seu prefectum, qui, a Tacho Rege Agypt. Asiaticorum dux adversus Art. My. constitutes, copias omnes et res et pecunias Artax. prodidit. Diod. Sic. I. xv. [o. 91.] Nec certe postea legitur hunc Orontem iterum a Reg. Pera. defecisse: quomodo igitur Seleucidem cum Artax. hic vir filius et successor contra Orontem istam armis casperet aut cum eo bellum gereret? Quid ergo si per Orontem

hic intelligamus flavium nobilium illum Syriae adeoque metalepticos. Syriam ipsum contra Orientem merors stipendiā, i. e. contra Syriam militare, bellum gerere; mercenarios illi milites esse, et ejus carstra sequi velle, si in Agyptum aut Syriae expeditionem suscipere. Ὁφέρρα vel potius Ὁφέρρα (ita enim scribi debet cum simplici γ: ita enim habent omnes Geographi seu auctores Gr. qui ejus meminerunt) est nobilis fluvius in Syria. Vulg. Lex. Lat. 'Orestes fluvias distinximus Antiochiam a Syria, ridicule, cum Antiochia sit in Syria et quidem metropolis totius Syriae; quomodo igitur potius secerni aut separari. Orestes flavius medium fere Syriae interfluit, Syriae (inquam) Seleucidem. Quinque enim Syriae partes seu regiones facit Strabo: Commagenam, Seleucidem, Coele-Syriam sive cavam Syriae, Phoeniciam, et Judeam, vel potius quatuor; Phoeniciam enim et Judeam quasi unam facit et eidem regioni accenset. Hic enim ejus verba sunt I. xvi. [o. 2. §. 2.] μέρη δὲ αὐτοῦ τίθεμεν (sc. Σύρας) τὴν τι Καραμαγγένην καὶ τὴν Σελεύκειαν καλούμενην τοῦ Σύρας, θέση τὸν καὶ λόγον Σύριαν, τελευταῖς δὲ μὴ τῷ παρελθεῖ τὸν Φοίνικαν, οὐ δὲ τῷ μετονομασθεῖ τὸν Λαοδεῖαν. quæ verba postrema perperam reddit Interp. ultimam Judeam in ora Phœnicie: cum sic debuissest: ultimam in maritima quidem ora Phœnicen, in mediterraneam Judeam. Ubi videmus quam late patet apud Ethnicos nomen Syriae, ita ut etiam Judæam comprehendenter: cum in Se-oro Codice qui Aramei ibi dicuntur, pacem a Judæis distinguantur. In Seleucidie Syriae quartu sunt præ aliis urbes maxime illustres; unde τεργάτες; dicta est hec pars Syriae (inquit Strabo). Quatuor illæ urbes erant Antiochia, Seleucia, Apamia, et Laodicea: quarum prima et ultima in N. F. memorantur, imo celebrantur; prima præsertim, sc. Antiochia, quod totius regionis fuit metropolis, quam quod discipli pri-mum in ea nominari coeparent Christiani, que non tam insigni privilegio gaudet nos gloriatur. Sed hec fortasse extra cles: nec ego nescio quomodo per hanc fluvium Orostem delatus et delapsus sum in fontes S. S.; nec illibenter anno (falebor enim) hic juvav usque morari, et conferre gradum, et conferre τὰ ἴσχυρα τοῖς ἀγαράφαις, et altera ex alteris illustrare, prestat fors et occasio effert: subiuste redes ad Orontem; nobilissimum enim hic fluvius fuit, de quo multa et mira tradant Geogr., idoq[ue]cum immo pote præstire non possum. Orestes igitur fluvies medium fere Syriae intersecat, unde hic μεταλλευταῖς pro Syria positur. suum habet ex Colesyria prope Lebanon et Paradisum. Gr. Geogr. supra cit. [I. xvi. o. 2. §. 19.]

μάχην τὸν τοῦ Ὀρόντου στρατὸν, αἱ πλευτὸι τοῦ τε Διδύμου καὶ τοῦ Παραδέσιου. Putaret quis ex his verbis Orontem fuisse unum ex quatuor fluviis qui in mundi infantia rigorunt paradisum: sed Paradisus isto fuit urba quedam Syrie, juxta quam erat caput Iudei fluvius. Steph. Byzant. Παράδεσιος, τὸν Σαράς. Ex quatuor illis (quas dixi) principais urbibus Seleucidis Syrie tres alienabat et allelabatur fluvius iste, viz. Antiochiam, Apamiam, et Selenciam. Geogr. Nostr. [c. 2. §. 7.] μή τὸ τόπον πάλαι τοῖς οὔροις ποταμός, ωτὸς ἡ τῆς παλαιῆς Συρίας τὰς ἀρχὰς ἦσαν, πῶς ἴστι γῆ τοιχοφύλακες, διδύμους πάλαι τὸ βούβας, καὶ ἡδὲ τὸν Ἀπαμίαν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν περιβάλλειν, πλευτόνας τῆς πόλεως, πρὸς τὴν θελατταῖς πεταζόμενοι τὸν πατέρα Σελεύκειαν. Tυρφονετον buno primo diutinum volant a Turphonē gigante juxta illum sepulto; postea vero Oronatem ex ejus nomine qui pontem in eo extraxit. [ibid.] τὸ γῆ νησίσιον τῷ γεφυρώσαντος αὐτὸν Ὀρόντεω μετίλας, καλύπτοντος πρότερος Τυρφόν. Dionys. τηγανη. possestio de sita orbia ubi de Syria [ver. 918.]

Αὐτὰς ἵν μέσοτον Ἀπαμίαν πετολιθόφορην τοῦ δὲ τρόπον δέποτε πατασύρεται ὑγρός Ὀρόντες.
Ἀσπετος, Ἀπτίχων μέσην διὰ γαῖας δέξανται.

